30	<i>Apostolatium/reapse exercent sua operositate sive ad evangelizationem et santificationem hominum sive ad rerum temporalium ordinem spiritu/evangelico perfundendum et perficiendum, ita ut operositas in hoc ordine testimonium/Christi manifeste perhibeat et ad salutem hominum inserviat.</i>	65		
31		66	Apostolatium reapse exercent sua operositate ad evangelizationem ac santificationem hominum et ad rerum temporalium ordinem spiritu evangelico perfundendum ac perficiendum, ita ut/eorum operositas in hoc ordine testimonium Christi manifeste perhibeat et/ad salutem hominum inserviat.	2
32		67		3
33		68-70		4
34		71		5
35		72-73		6
36		74		
16	<i>Cum vero laicorum statui/hoc sit proprium ut in medio mundi ne-</i>		<i>Cum vero laicorum statui hoc sit proprium/ut in medio mundi ne-</i>	

III, IV <sup>2</sup> Cf. Const. dogm. *De Ecclesia*, cap. IV, n. 31: A.A.S., 57 (1965), p. 37.

R. – Non admittitur.

65 – Pag. 15, lin. 29: Post «in mundo», addatur: «*quamvis non hierarchico modo*», ne confusio oriatur inter diversos modos participandi vel sacerdotio vel potestati regiminis Christi; de hac re loquitur clare recens Littera Encyclica *Mysterium Fidei* (1 Pater).

R. – Non videtur necessarium hoc in loco.

66 – Pag. 15, lin. 29 – Pag. 16, lin. 5: Reassumatur ultima paragraphus et reficiatur: Unificentur ideae. Sunt eadem considerationes (1 Pater).

R. – Non admittitur quia textus uti iacet iam approbatus est.

67 – Pag. 15, lin. 29, ad pag. 16, lin. 5: a) Praeponere phrasim quae lin. 35 incipit. b) Loco duorum «sive» (linn. 30 et 32), scribere «*necnon*» (46 Patres).

R. – a) non admittitur, quia a Patribus in Aula textus approbatus est. Ad b): auferitur disiunctiva «sive... sive», cuius loco ponitur *et*.

68 – Pag. 15, lin. 34: Dicatur: ut *eorum* operositas (1 Pater).

R. – Admittitur.

69 – Pag. 15, lin. 34: Loco «ut operositas in hoc ordine» dicatur: «ut operositas in *caritate radicata*, sub hoc aspectu testimonium» (1 Pater).

R. – Non videtur necessarium.

70 – Pag. 15, lin. 34: Melius est tollere «in hoc ordine», ita ut hae duae ultimae lineae clare appareant sicut consequentiam amborum modorum apostolatus (1 Pater).

R. – Melius est ut servetur textus.

71 – Pag. 15, lin. 35: Omittatur «manifeste» (1 Pater).

R. – Non admittitur.

72 – Pag. 16, linn. 1-5: Restauretur paragraphus praecedentis schematis (1 Pater).

R. – Non admittitur.

73 – Pag. 16, lin. 1: Loco «cum vero laicorum statui hoc sit proprium in medio mundi negotiorumque saecularium vitam agant», dicatur: «cum vero laicorum statui hoc sit proprium ut in *mundanis agentes negotiis saecularibus incumbant*». Etenim, etiam pastores in medio mundi vivunt; et verba proposita magis concordant cum Const. *de Ecclesia*, n. 31 (1 Pater).

R. – Textus ut iacet est satis clarus.

74 – Pag. 16, linn. 1-2: Ne citentur solum «negotia saecularia». Adest enim ministerium Verbi ut bene dicitur in n. 6 et alibi (1 Pater).

R. – Non admittitur.

I [n. 6, 8, 1-3]	II [n. 1-2, 6, 14-26]	
	temporales, quantum ipsa mis- sio Ecclesiae, iis solum muneri- bus exceptis quae/potestatem ordinis vel iurisdictionis exi- gunt. [E]	15 16
8 [6.]	2.	17
<i>[Multiformis apostolatus indivi- dualis].</i>	<i>[De apostolatu ab omnibus et singulis exercendo].</i>	
2 Omnium baptiza- torum, cuiusvis aetatis, sexus et condicionis, ius, honor et offi- cium est cum Christo collaborare 3 ad salutem confratum suorum.	Omnium et/singulorum laico- rum cuiusvis aetatis, sexus et condicionis, honor est et/offi- cium ut cum Christo adlaborent sua quisque mensura et modo ad/salutem omnium hominum; quae cooperatio eo fructuosior erit quo intimior eorum unio cum Christo et promptius res- ponsum gratiae Spiritus/Sancti. Imprimis spiritus apostolicus manifestatur, et etiam alitur, ora- tione, [A]/praesertim participatio- ne Sacrae Liturgiae, [B] pro Ec- clesiae aedificatione/ac mundi salute et humili tolerantia labo- rum aerumnarumque vitae, [C] necnon mortificationibus quibus christifideles sese Christo patien-	18 19 20 21 22 23 24 25 26

**II** [E] Improbatur unus Pater [E/530] modum loquendi de apostolatu laicorum. Apostolatus enim non est laicorum proprius, sed totius Ecclesiae; ergo magis loqui oportet de apostolatu in genere in constitutione dogmatica, et deinde aliud decretum explicare curabit munus laicorum.

R/ Fatemur hanc divisionem quidem optimam fore, tamen Commissio de laboribus Concilii coordinandis non ita ordinavit sequentium schematum. Alia ex parte, ea quae desiderantur quoad apostolatum in genere sat clare exponuntur in textu.

2. [A] Unus Pater [E/228, E/2146] reprobat nomen «oratio apostolica». Neologismus iste est inutilis. Non est enim timendum, ne fideles, in oratione Deum sedulo quaerentes, a necessitatibus apostolatus avertantur. Ideo simpliciter hortentur ut «orationem» colant.

R/ Ut satisfiat isti rectae observationi, dicimus: «Imprimis spiritus apostolicus manifestatur, et etiam alitur, oratione ...».

[B] Alius Pater [E/413] vellet ut clare dicatur: «orationem cuius fons praecipuus est participatio ad Sacram Liturgiam».

R/ Hoc desiderium nobis tam aequum visum est ut proponimus: «oratione, praesertim participatione Sacrae Liturgiae».

[C] Duo Patres [E/413, E/2254] petunt ut primo nominentur tolerantia aerumnarum vitae, infirmitatum a laborum, et tantum postea voluntariae paenitentiae.

III [n. 2, 16, 1-5]

2 *gotiorumque saecularium vitam*  
 3 *agant, a Deo vocantur, ut spi-*  
 4 *ritu christiano ferventes, fermenti*  
 5 *instar apostolatuum suum in mundo exercent* (C).

IV [n. 2, 611, 6-8]

75 *gotiorumque saecularium vitam*  
 76 *agant, ipsi a Deo/vocantur ut, spi-*  
 7 *ritu christiano ferventes, fermenti*  
 8 *instar in mundo apostolatuum suum exercent.*

[cf. n. 16, p. 40, ln. 1] [\*]

[cf. n. 16, p. 261, ln. 3]

[cf. n. 16, p. 40, ln. 1-2]

[cf. n. 16, p. 40, ln. 8-13]

[cf. n. 16, p. 261, ln. 6-9]

---

R/ Post maturam disceptationem, in Submissione et deinde in Commissione, omittitur vocabulum «voluntariis», ne nimis extollatur voluntarietas, neque excludantur paenitentiae ab Ecclesia impositae, v. g. ieiunium; insuper vocabulum «paenitentia» mutavimus in «mortificationibus». Textus ergo nunc sic legitur: «... humili tolerantia laborum aerumnarumque vitae, necnon mortificationibus ...».

**III** (C) Ut melius respondeatur desideriis aliorum Patrum (E/3280, 3308, 3313, 3314, 3312, 3315, 3327, 3337, 3343, 3402, 3516), hic elaboratur notio apostolatus laicorum: apprime enucleata missione Ecclesiae, explanatur quomodo hanc missionem, mediantibus omnibus membris suis, Ecclesia exercent.

[\*] N. 2 textus prioris: De apostolatu ab omnibus et singulis exercendo, transfertur in caput IV, cum novo titulo: De momento et multiplicitate apostolatus singulorum.

**IV** 75 – Pag. 16, linn. 3-5: Textus sic mutetur: «... ut spiritu ferventes et *Domino servientes*» (Rom. 12, 11) fermenti instar...» (3 Patres).

R. – Non admittitur, cum non videatur necessarium.

76 – Pag. 16, linn. 4-5: Ordo verborum mutetur quoad latinitatem «*fermenti instar in mundo apostolatuum suum exercent*» (2 Patres).

R. – Admittitur.

## I [n. 3, 6, 10-15]

[3] Huiusmodi autem apostolatus  
6 urgentior fit

10 eo quod  
11 multi homines, in neopaganismo versantes, longe a Christo  
12 et Ecclesia/vitam degentes, non possunt nisi per vicinos laicos  
13 Evangelium/audire et Salvatorem agnoscere,  
14 et eo quod multae provinciae/ordinis temporalis absque debito  
15 reguntur respectu principiorum religiosorum ac moralium.

## II [n. 2, 6, 26 – 7, 4]

ti conformantes pro fratribus satisfaciunt et intercedunt. 27

Sed spiritus apostolicus, totam activitatem humanam pervadens, [D] elucescere etiam debet coram hominibus testimonio vitae omnino sibi cohaerentis in fide, spe et caritate, [G] probitate morali [E] in omnibus negotiis [F]/et pauperum sollicitudine, quod est signum, etiam nostris temporibus/accommodatissimum, Christum in fidelibus suis viventem manifestans. 31 32

Ex hac praesentia et apostolica operositate laici creare possunt et/debent in variis societatis campis condiciones quae vitam vere humanam/et christianam possibilem et facilem reddant. 33 34 35

Verus denique zelus apostolicus, hac actione sola non contentus, opportunas quaerit occasiones etiam verbis Christum annuntiandi, [H] eo/magis quia multi homines, 36 37 7

longe a Christo et Ecclesia versantes, non possunt nisi per vicinos laicos Evangelium audire et Christum agnoscere. 2  
Laicorum etiam est enucleare et diffundere doctrinam Ecclesiae, scientia/et experientia propria oblati. [I] 3 4

II [D] Duobus Patribus [E/427, E/2168] videtur melius omittere verba de pecunia, quia hoc officium clericis incumbit.

R/ In textu praesenti omittuntur ergo verba quae ad hanc rem referuntur.

[E] Uno Patri [E/427] displicent verba de «rectitudine morali» et eorum loco vellet ut ponatur «secundum vocationem suam vivant».

R/ In redactione praesenti hoc esset repetitio eorum quae antea dicuntur, saltem aliis verbis. Et hic Commissio re vera agere intendit de «probitate morali».

Alius Pater [E/413] petit ut dicatur: «ut sacramento Eucharistiae et Paenitentiae frequenter refecti».

R/ At in textu redactionis novissimae non amplius agitur de nutritione vitae cohaerentis: de qua aliqua dicuntur tamen in numero sequenti (n. 3).

[F] Unus Pater [E/2221] vellet ut explicitius exprimeretur idea, nempe: «... in omnibus activitatis aspectibus, etiam in negotiis mere profanis».

R/ Post maturam disceptationem, proponitur: «... probitate morali in omni-



## III

[cf. n. 16, p. 40, ln. 17-22]

## IV

[cf. n. 16, p. 621, ln. 12-14]

[cf. n. 16, p. 40, ln. 22-24]

[cf. n. 16, p. 621, ln. 12-16]

[cf. n. 16, p. 40, ln. 25-26]

[cf. n. 16, p. 621, ln. 16-17]

---

bus negotiis...».

[G] Unus Pater [E/530] optat ut extollatur idea testimonii «vitae cohaerentis cum fide».

R/ Ut satisfiat aliquomodo isti rectae observationi, dicitur nunc in textu: «Spiritus apostolicus, ... elucescere etiam debet coram hominibus testimonio vitae omnino sibi cohaerentis in fide, spe et caritate ...».

[H] Duobus Patribus [E/2160] non videtur sufficiens formula negativa: «numquam negligant apostolatam verbi».

Tertius [E/2221] autem petit ut positive exprimaturs hisce verbis: «... et, si hoc iudicant possibile, cum fiducia verbum Dei communicent».

R/ Omnibus perpensis, Commissio hanc formulam proponit: «Verus zelus apostolicus opportunus quaerit occasiones etiam verbis Christum annuntiandi ...».

[I] Vigintisex Patres [?] insuper petunt ut dicatur: «Christianus rationem – suae spei reddere debet, et numquam de ea erubescere», vel [E/357] aliis ver-

I [n. 47, 29, 4]	II [n. 2-3, 7, 5-13]	
	Uno verbo, apostolatus laico- rum ad essentiam pertinet testi- monii/Ecclesiae. [J]	5 6
29 [47.]	3.	7
4 [Quibus officium educationis et formationis incumbat].	[De formatione apostolica]. [A]	
	Cum vocatio ad apostolatum ad essentiam ipsam pertineat voca- tionis christianae, omnis educa- tio christiana includat necesse est formationem quoque ad apo- stolatum, [B] ita ut/unusquisque plene conscius reddatur suae par- tis in missione Ecclesiae/et, cari- tate Christi compulsus (cf. 2 Cor. 12, 15), aptus evadat ad suam missionem implendam. [C-F]	8 9 10 11 12
	[G] Haec autem formatio, ex	13

bis: «accusationibus contra Religionem et vitam christianam respondeant».

R/ Commissio iudicavit hanc ideam non esse repetendam, quia iam habetur aliquid in nn. 6 et 7 (per sua facta et dicta amorem divini Salvatoris demonstrant ...).

II [J] Unus Pater [E/2320] vellet ut etiam alia idea addatur, nempe: «Operibus ad apostolatus efficacitatem necessariis — etiamsi sub ductu Hierarchiae — proprio Marte manus apponant, et sua responsabilitate servent, amplificent, dirigant, sacerdotes ab eorumdem pondere sublevantes».

R/ Quia de relatione ad Hierarchiam, necnon de laicorum responsabilitate iam alibi (nn. 18 et 19) agitur, Commissio iudicavit hanc ideam hic non esse repetendam.

3. [A] Duo Patres [E/2160] petunt ut potius quam «formatio» dicatur in titulo: «De educatione apostolica».

R/ Collatis inter se rationibus, Commissio in titulo reliquit vocabulum «De formatione»; in textu tamen promiscue dicitur quandoque formatio, quandoque educatio.

[B] Unus Pater [E/413] exprimi cupit ideam, nempe: formationem apostolicam non debere disiungi a laicorum institutione simpliciter christiana.

R/ Mens quidem Commissionis semper haec erat; nunc autem clarius exprimitur idea: «... omnis educatio christiana includat necesse est formationem quoque ad apostolatum».

[C] Alius Pater [E/290, E/396] omissionem maioris momenti censet non determinari in textu Liturgiam esse medium efficax et continuum formationis spiritualis laicorum.

R/ Commissionem non fugit momentum Liturgiae in formatione, sed quia in numero praecedenti (n. 2) iam dicitur: «Imprimis spiritus apostolicus... aliter oratione, praesertim participatione Sacrae Liturgiae...» non videtur hanc ideam repetendam esse.

[D] Pater quidam [E/280] vellet ut agatur de spiritualitate laicorum qua tali,

## III

[cf. n. 28, p. 60, ln. 1] [\*]

[cf. n. 28, p. 60, ln. 1-2]

[cf. n. 28, p. 60, ln. 2-8]

## IV

[cf. n. 28, p. 628, ln. 1]

[cf. n. 28, p. 628, ln. 1-4]

[cf. n. 28, p. 60, ln. 8-11]

[cf. n. 28, p. 628, ln. 4-6]

---

in qua pauca dicenda essent de spiritualitate familiae et matrimonii.

R/ Commissio iudicavit sufficientia ea quae in numero De familia dicuntur, quamvis modo generali, de spiritualitate et formatione in familia.

[E] Alius Pater [E/268] autem petit ut religiosae instructionis normae clare determinentur.

R/ At hoc est impossibile in schemate tam brevi, et re vera pertinet ad Directorium statuere normas particulares.

[F] Improbat unus Pater [E/384] sententiam: «Praeter propriam artem eas quoque noscant quae sociae sint».

R/ Unde expungenda libenter censuimus illa verba.

[G] Aliqua Conferentia Episcopalis [E/351] et unus Pater [E/413] petunt, ut exercitia spiritualia ponantur inter media formationis, et quidem primo loco.

R/ In textu sic abbreviato non potuimus enumerare amplius media formationis, sed solummodo generalis affirmatio habetur: «... formatio, ex variis elementis spiritualibus constans...» in quibus includuntur etiam exercitia spiritualia.

Unus Pater [E/495] timet ne in textu exhibeatur formatio ad apostolatam tamquam aliquibus laicis tantum proposita et aliis denegata.

R/ Fatemur huic timori textum aliquomodo ansam praebuisse; nunc autem ita mutavimus illum ut non amplius sic sonare videtur.

[G] Improbat unus Pater [E/530] illam sententiam: «imprimis observetur necessitas laicos instituendi in doctrina sociali», quia Evangelium re vera «imprimis» tradendum est.

R/ In redactione praesenti illa verba non amplius dicuntur.

[G] Alius Pater [E/495] vellet quoad formationem ac actionem, ut dicatur explicite de peritia tam innata quam acquisita, et quidem theoretica simul ac practica.

R/ De hac idea nunc sat clare quaedam dicuntur in secunda paragrafo numeri.

**III** [\*] N. 3 autem textus prioris: De formatione apostolica, secundum desideria plurium Patrum, uti suo loco exponentur, integrum novum caput constituit in fine totius tractationis.

I [n. 47, 29, 5-10]

II [n. 3, 7, 13-30]

variis elementis spiritualibus doctrinalibusque constans, complecti debet etiam cognitionem conditionis cuiusque/congruam, scientiarum socialium et artium; [J] quae formatio, in methodis probatis tam traditionalibus quam modernis fundata, non sola instructione recepta, sed praxi quoque apostolatus perficienda est. [H] Peculiari/modo haec formatio eo contendat ut idonei fiant ad relationes humanas/condendas atque fovendas.

Instituendi sunt ut christiane iudicent de/adiunctis rerum, utque suam actionem apostolicam spiritu evangelico eis/adaptent.<sup>3</sup>

Formatio apostolica igitur omnibus omnino impertienda est; in ipsa/pueritia incipienda, in adulescentia urgenda, et per totam vitam iuxta/diversas exigentias novarum responsabilitatum perficienda. [I]

Iis ad quos spectat educatio christiana, ex ipsa natura rerum officium/quoque institutionis ad apostolatum incumbit; inter quos praecipuum locum obtinent parentes vel tutores, sacerdotes, catechistae, magistri, et, pro suis membris, ipsae associationes.

Quae de formatione ad apostolatum in communi indicata sunt, etiam in scholis, collegiis et aliis institutis educationis observanda sunt.

5 Iis ad quos spectat educatio  
christiana, ex ipsa natura rerum  
6 officium quoque institutionis ad  
7 apostolatum incumbit; inter/quos  
praecipuum locum obtinent pa-  
8 rentes vel tutores, sacerdotes, ca-  
techistae, magistri et, pro suis  
9 membris, ipsae associationes.  
Quae de formatione ad aposto-  
latum in communi praecepta  
10 sunt, etiam in collegiis  
et institutis sedulo per-  
ficiantur.

II <sup>3</sup> Cf. IOANNES XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, 15 maii 1961: A.A.S., 53 (1961), p. 455.

II [G] Displicet, uni Patri [E/530, E/248] quod descriptio formationis fiat triplici illa expressione («slogan») «circumspicere... iudicare,... agire».

R/ Commissio, omnibus perpensis, hoc in loco expungenda censuit illa verba, sed de illis sermo fiet in n. 7.

[H] Idem Pater [E/318] improbat verba quae exprimunt formationem per actionem quasi modo pragmatico et activistico.

R/ Quamvis nobis principium generale exprimendum videtur, nunc aliis verbis hoc fecimus, quae pragmatismum seu activismum minime redolent, dicitur nempe: formatio «... non sola instructione recepta, sed praxi quoque apostolatus perficienda est».

## III

## IV

[cf. n. 28, p. 60, ln. 11-15]

[cf. n. 28, p. 628, ln. 6-8]

[cf. n. 30, p. 61, ln. 41 - p. 62, ln. 5]

[cf. n. 30, p. 629, ln. 21-24]

[cf. n. 30, p. 62, ln. 5-26]

[cf. n. 30, p. 629, ln. 24-36]

[cf. n. 30, p. 62, ln. 35-36]

[cf. n. 30, p. 628, ln. 41-43]

[cf. n. 30, p. 62, ln. 27-30]

[cf. n. 30, p. 628, ln. 37-39]

---

[I] Unus Pater [E/495] petit ut loco verborum: «... ut ad apostolatam prae-  
parentur adulescentes et iuvenes» dicatur potius «ut catholici vere apostolici  
fiant adulescentes et iuvenes...».

R/ Nunc autem breuius dicitur de illa formationis continuitate.

[J] Alius Pater [E/495] vellet ut dicatur «... laici integra catholica formatione  
professionali vel technica, doctrinali et morali indigent».

R/ Idem conceptus nunc aliis verbis exprimitur: «Formatio ex variis elemen-  
tis spiritualibus doctrinalibusque constans, complecti debet etiam cognitionem  
condicioni cuiusque congruam, scientiarum socialium et artium».

I [n. 48, 29, 11-13]

II [n. 3, 7, 31 – 8, 2]

Sacerdotes autem prae oculis 31  
habeant in catechesi et ministe- 32  
rio verbi,/in moderatione anima- 32  
rum et administratione sacra- 33  
menti Paenitentiae,/necessitatem 33  
educationis laicorum ad aposto- 34  
latum, ii praesertim quibus/de- 34  
mandata est cura animarum vel 35  
associationum laicorum.

Opus denique educationis po- 35  
tissimum pertinet ad ipsum qui 36  
educatur, cuius erit detegere et 36  
fovere dotes quas Deus ipsi de- 37  
dit, propriam/christianam per- 37  
sonam perficere, ut promptus 38  
sit Christo Domino Eiusque Ec- 38  
clesiae ministrare.

[48] Ad laicos efformandos penitus  
12 in/apostolatu apta  
centra habeantur quae variis  
13 efformationis necessitatibus suf-  
ficient.

Ad laicos penitus 8  
in apostolatu efformandos apta  
centra habeantur [L] praesertim 2  
pro iis qui speciali titulo servitio  
Ecclesiae addicuntur. [K]

## II Quoad formationis centra:

[K] Aliquis Pater [E/495] timet ne vocabulum «penitus» significare intendat aliquos laicos excludi e formatione, petit ergo ut dicatur ad laicos efformandos «pro peculiari aliqua in apostolatu responsabilitate gerenda».

R/ Commissio, omnibus perpensis, reliquit vocabulum «penitus», sed addidit «praesertim pro iis qui speciali titulo servitio Ecclesiae addicuntur», ut aliquomodo observationi satisfaciatur.

[L] Unus Pater [E/2320] haec scripsit: «Habeantur vel in sede dioecesana, si id res ferat, vel nationali, aliqua *quasi-seminaria* laicis, formandis, ita ut per congrua temporis spatia doctrinis theologicis et praxi pastorali in ambitu apostolatus imbuantur».

R/ Certe respondere licet de his re vera agere intendit Commissio cum in textu dicit «apta centra habeantur». Attamen vocabulum «quasi-seminaria» nimis clericale sonat, et ideo expressio magis generalis a Commissione relicta est.

## III

[cf. n. 30, p. 62, ln. 21-26]

## IV

[cf. n. 30, p. 628, ln. 34-36]

[cf. n. 30, p. 63, ln. 16-20]

[cf. n. 30, p. 630, ln. 12-13]

[cf. n. 32, p. 63, ln. 26-28]

[cf. n. 32, p. 631, ln. 3-4]

---

Alius Pater [E/495] vellet ut praeter illa centra «erigantur, vel facultates in existentibus universitatibus creentur».

R/ Quod quidem ex textu non excluditur, sed Commissioni sufficiens videtur ut principium modo generali exprimatur: «apta centra habeantur», ubicumque hoc possibile et conveniens evadit.

Duo Patres [E/334, E/330] optant ut efformentur novae institutiones seu Instituta Culturae Superioris Religionis, et determinentur res in illis tractandae.

R/ Re vera de his agitur modo generali, non tamen est munus Concilii normas peculiare de rebus in centrīs formationis tractandis afferre. Concilium affirmat illa centra instituenda esse.

Unus Pater [E/337] denique vellet ut habeantur etiam formationis centra pro ecclesiasticis (quoad apostolatū laicorum).

R/ Hoc autem pertinet ad schema «De Sacrorum Alumnīs formandis». Commissio haec certiorē fecit illam Commissionem competentem; immo textum nobis deinde missum, emendatum iterum restituimus illi Commissioni.

---

**III** *Ad num.* 3: (A) Agitur hic iuxta desiderium plurium Patrum (E/3278, 3281, 3301, 3308, 3311, 3323, 3342, 3338, 3394, 3519, 2777) de apostolatus laicorum fundamentis. Aliqui Patres (E/3279, 3312, 3313, 3339, 3371) insuper petierunt ut rationes intrinsecae tangerentur, quae apostolatum laicorum fundant hodieque urgentiorem reddunt, cum rationes extrinsecae contingentes et minoris momenti sint. Commissio ergo expresse recolat motiva intrinseca. Non tamen accipiendam esse iudicavit propositionem E/3374 de recolendis «vestigiiis Summorum Pontificum» hac in re.

**IV** 77 – *In genere*: Non sufficienter indicatur quod apostolatus laicorum est «collaboratio cum apostolatu hierarchico» ut dixit Pius XI qui dictus est «Pater Actionis Catholicae». Periculum manifestum videndi laicos intendere apostolatum efficere intra Ecclesiam vel «nomine Ecclesiae» sine consideratione erga hierarchiam» (1 Pater).

R. – Non admittitur. Haec definitio valet de Actione Catholica non de omni apostolatu de quo schema nostrum agere intendit.

78 – *a*) Insistatur in hoc: sacramenta Baptismi et Confirmationis ponunt in communione ecclesiali laicos et Pastores. *b*) Affirmetur sacramentum Eucharistiae esse Sacramentum dynamismi christiani et vitalitatis apostolicae. *c*) Hic numerus non gaudet unitate (1 Pater).

R. – Non admittitur.

79 – Pag. 16, lin. 6: Post verba «Laici Christifideles» addere: «*viva membra Ecclesiae Hierarchicae, cuius Caput est Christus, ius et officium...*» (1 Pater); cf. Modum N. 116.

R. – Commissio non reputavit necessarium immutare textum.

80 – Pag. 16, lin. 6: ... christifideles *sub moderamine sacrae Hierarchiae...* (1 Pater).

R. – Non admittitur. Hoc sufficienter dicitur in Cap. V.

81 – Pag. 16, lin. 7: Loco «ius et officium» dicatur: «officium et ius» (2 Patres) quia ius fundatur in officio.

R. – Admittitur.

82 – Pag. 16, lin. 7: Loco «... ius et officium obtinent ex ipsa sua cum Christo Capite unione». Dicatur «ius et officium *radicaliter* obtinent ex ipsa sua cum Christo Capite unione» (1 Pater).

R. – Non admittitur. Superfluum apparet.



## III [n. 3, 16, 6-12]

## IV [n. 3, 611, 9-14]

6	3. (num. novus)	77-78	3.	9
	[De apostolatus laicorum fundamentis] (A).			
7	<i>Laici/christifideles ius et officium ad apostolatum obtinent</i>	79-81	Laici officium	
8	<i>ex ipsa sua cum/Christo Capite unione.</i>	82	et ius ad apostolatum obtinent	10
	<i>Per Baptismum enim corpori</i>	83	unione.	
9	<i>Christi mystico inserti, per Confirmationem virtute Spiritus</i>	85	Per Baptismum enim corpori Christi mystico inserti, per/Confirmationem virtute Spiritus	11
10	<i>Sancti roborati, ad apostolatum ab ipso Domino deputantur.</i>	84,86	Sancti roborati, ad apostolatum ab ipso Domino deputantur.	12
	<i>In regale sacerdotium et gentem sanctam (cf. 1 Pt. 2, 4-10) consecrantur, ut non tantum per omnia opera/spirituales offerant hostias, sed et ubique terrarum</i>	87	In regale sacerdotium et gentem sanctam (cf. 1 Pt. 2, 4-10)/consecrantur, ut	13
11		90	per omnia opera spirituales offerant	
12		91	hostias et ubique/terrarum	14

83 – Pag. 16, linn. 8-10: Dicatur: «... Christo Capite unione, cum per Baptismum corpori Christi mystico inserantur et per confirmationem virtute Spiritus Sancti roborantur» (1 Pater).

R. – Non admittitur. Particula “enim” sufficienter unit duas periodos.

84 – Pag. 16, lin. 9: Post verba «per confirmationem virtute Spiritus Sancti roborati» addere: «in SS. Eucharistia Christo Redemptore nutriti» (38 Patres); quia agitur de deputatione ad apostolatum, tria sacramenta initiationis christianae citari debent.

R. – Non admittitur, quia sufficienter iam dicitur in schemate.

85 – Pag. 16, linn. 10-14: Linn. 10-14 delectantur: duo sacramenta indicata, solum, deputant ad apostolatum. Eucharistia apostolum nutrit, non mittit (1 Pater).

R. – Non admittitur quia textus approbatus est.

86 – Pag. 16, lin. 10: «Ad apostolatum ab ipso Domino deputantur»: legatur: «ad meliora charismata urgentur, quae inter apostolatum cooptetur» (1 Pater).

R. – Non admittitur. Hoc est conforme Const. «Lumen Gentium».

87 – Pag. 16, lin. 10: Post dictum a multis Patribus in discussione priorum schematum, de erronea et abusiva interpretatione verborum S. Petri «regale sacerdotium», laicorum, miror cur in decreto conciliari hoc repetatur, in hoc numero et passim. Iam ex hoc, inter sacerdotes et laicos, serpent errores de «charismatibus», interpretatione scripturae, «sensu Ecclesiae, etc.». Ideo propono ut verba «in regale sacerdotium consecrantur» omnino expungantur (1 Pater).

R. – Non admittitur. Cf. Const. «Lumen Gentium» nn. 31 et 34.

88 – Pag. 16, linn. 10: «ab ipso Domino deputantur» mutetur: «ab ipso Domino per Ecclesiae ministerium deputantur» (2 Patres).

R. – Non admittitur. Cf. Const. «Lumen Gentium» cum qua textus concordat.

89 – Pag. 16, lin. 10: Post «deputantur» addatur: «in communionem ecclesiam et unionem cum Pastoribus introducuntur» (1 Pater).

R. – Non admittitur. Sufficienter tractatur in capite V.

90 – Pag. 16, lin. 11: Delectantur verba «non tantum» (3 Patres).

R. – Admittitur.

91 – Pag. 16, lin. 12: Loco «sed et» dicatur: «atque Christo testimonium ubique terrarum exhibeant» (1 Pater).

R. – Non videtur necessarium. Dicitur «et».

---

**III** (B) Prout E/3478 et 3520 desideraverunt quaedam innuuntur de caritate tamquam radice apostolatus.

**IV** 92 – Pag. 16, lin. 12: Post verba «ubique terrarum» loco verborum qui nunc dumtaxat resumunt pulcherrimum textum S. Petri, ponatur ipse textus: «...ut virtutem annuntietis quis eos vocavit de tenebris in admirabile lumen suum» (1 Pater).

R. – Non videtur necessarium etiam ratione concisionis.

93 – Pag. 16, lin. 13: Post verbum «perhibeant», addantur haec vel similia verba: «et, verbum Dei praedicantes, homines ad Christum adducant»; hodie, enim, adest apud multos qui ad Catholicam Actionem pertinent, doctrina docens membra A. C. debere facere solummodo apostolatum testimonii. Negant, v. g., apostolatum catecheticum ad eos pertinere (1 Pater).

R. – Non admittitur, quia in alio loco est sermo de hac re.

94 – Pag. 16, lin. 13: Post SS. Eucharistiam, inseratur «in qua Christus semetipsum obtulit pro salute mundi ad gloriam Patris» (1 Pater).

R. – Non admittitur quia non videtur necessarium.

95 – Pag. 16, linn. 13-14: «Sacramentis autem etc. apostolatus» transferantur ad lineam 16 eiusdem numeri et paginae. Hoc modo: post verba «caritas autem», scribatur: «quae veluti anima est totius apostolatus quaeque sacramentis, praesertim SS. Eucharistiae communicatur et alitur» (1 Pater).

R. – Non admittitur, ratione ordinis logici. Agitur enim 1° de Sacramentis, 2° de actione per virtutes et Spiritum Sanctum.

96 – Pag. 16, linn. 13-14: Dicatur: «Sacramentis autem communicatur et alitur illa caritas quae veluti anima est totius apostolatus, praesertim quidem SS. Eucharistia, quae utpote Christi sacrificium, et robur spirituale apostolis confert et sensum sacrificalem dat eorum operositati» (1 Pater).

R. – Non admittitur. Ratione brevitatis et concisionis.

97 – Pag. 16, lin. 14: Post «apostolatus» scribatur «incitamentum et vim afferens

## III [n. 3, 16, 12-21]

## IV [n. 3, 611, 14-22]

13	<i>Christo testimonium/perhibeant. Sacramentis autem, praesertim</i>	92,93	Christo testimonium perhibeant. Sacramentis autem, praesertim	
14	<i>SS. Eucharistiae, communicatur et alitur illa caritas quae veluti anima est totius apostolatus.<sup>3</sup></i>	95,96	SS. Eucharistia, communicatur et alitur illa caritas quae veluti anima est/totius apostolatus. <sup>3</sup>	15
15	<i>Apostolatus in fide, spe et caritate radicatur quas Spiritus Sanctus in/cordibus omnium Ecclesiae membrorum diffundit (B).</i>	97	Apostolatus in fide, spe et caritate exercetur quas Spiritus Sanctus in/cordibus omnium Ecclesiae membrorum diffundit.	16
16	<i>Caritas autem omnes christifideles ad gloriam Dei et bonum hominum quaerendum impellit.</i>	98	Immo praecepto caritatis,/quod est maximum mandatum Domini, omnes christifideles urgentur ad procurandam	17
17	<i>Gloria Dei per adventum regni eius in terris exoritur; bonum vero hominum supremum est vita aeterna, his in terris incohata, quae in hoc/consistit ut cognoscant solum Deum vivum et quem misit Iesum Christum (cf. Io. 17, 3).</i>	99	gloriam Dei per adventum regni eius,	18
18		100		19
19		101	et vitam aeternam omnibus/hominibus	20
20		102	ut cognoscant solum Deum verum et quem misit Iesum Christum/(cf. Io. 17, 3).	21
21				22

**III, IV** <sup>3</sup> Cf. Const. dogm. *De Ecclesia*, cap. IV, n. 33: A.A.S., 57 (1965), p. 39; cf. etiam n. 10, *ibid.*, p. 14.

*ad omnem formam apostolatus et missionis ad eos qui longe sunt*», ut melius exprimitur vis apostolica Eucharistiae (1 Pater).

R. – Non admittitur, quia longior additio non concordat cum normis.

98 – Pag. 16, linn. 16-23: Textus videtur obscurus, nimis complexus et diffusus. Substituatur hoc modo: «*Caritate, iuxta praeceptum Domini primum et maximum, omnes Christifideles urgentur ad gloriam Dei per adventum regni eius et ad vitam aeternam omnibus in cognitione Dei vivi procurandas per apostolatum*» (1 Pater).

R. – Admittitur cum quibusdam emendationibus: «*Apostolatus in fide spe et caritate exercetur, quas Spiritus Sanctus in cordibus omnium Ecclesiae membrorum diffundit. Immo praecepto caritatis quod est maximum mandatum Domini omnes christifideles urgentur ad procurandam gloriam Dei per adventum regni eius et vitam aeternam omnibus hominibus: ut cognoscant solum Deum verum et quem misit Iesum Christum*».

99 – Pag. 16, lin. 17: Loco «*ad gloriam Dei... ut cognoscant*», dicatur: «*ad gloriam Dei et salutem hominum quaerendas impellit, quae, tamquam Regnum Dei in terris inchoatum, consistunt in eo quod omnes cognoscant...*» (1 Pater).

R. – Non videtur necessarium; iam provisum est.

100 – Pag. 16, linn. 17-18: Loco «*impellit*», ponatur «*urget*» (3 Patres).

R. – Iam provisum est per inductam mutationem textus.

101 – Pag. 16, lin. 18: Textus terminetur cum verbo «*impellit*». Cetera, scil. linn. 18-38 deleantur (1 Pater).

R. – Textus est approbatus a Congregatione Generali.

102 – Pag. 16, linn. 18-21: Unus Pater: loco «*gloria Dei adventum eius in terris exoritur*», dicatur: «*gloria Deo per adventum eius in terris datur*». Tres Patres: loco «*consistit*» ponatur «*fundetur*». Duo Patres: locutio in prima persona numeri pluralis «*diffunderemus... nobis*» rumpit lineam totius contextus.

R. – Omnibus hisce propositis emendationibus, satisfit per inductam mutationem textus sicut nunc legitur (cf. n. 98).

---

**IV** 103 – Pag. 16, lin. 24: Loco «quoquo» ponatur «*ubique*» (1 Pater).

R. – Admittitur.

104 – Pag. 16, linn. 24-25: Loco «perveniat» dicatur «*adimpleatur*», vel «*ad effectum deducatur*» (7 Patres).

R. – Nunc sic legitur textus, linn. 23-25: «... ut divinum salutis *mmtium ab universis hominibus ubique* terrarum *cognoscatur et recipiatur*».

105 – Pag. 16, linn. 26 ss.: Dicatur quod, cum sit Episcopus responsabilis apostolatus dioecesis, ad eum pertinet nova incepta arripere et laicis assignare labores. Textus etenim videtur omnibus «*initiativis*» charismatibus relictis, parum de munere Episcopi disserere (1 Pater).

R. – De munere Episcopi disserit Decretum Conciliare proprium.

106 – Pag. 16, linn. 26-38: Cum sermo in hoc numero sit «De Apostolatu laicorum fundamentis» paragraphus citata non agit de hoc *fundamento*, sed tantum de aliqua quaestione secundaria etsi aliquomodo connexa. Neque sermo est clarus et concisus. Meo humili iudicio aut supprimatur vel melius materia haec tantum insinuetur addendo pauca verba ad primam paragraphum huius numeri 3. Sufficeret addere tantummodo lineas 26-31 ad primam paragraphum (1 Pater).

R. – Non admittitur.

107 – Pag. 16, lin. 27: «Per ministerium et sacramenta»: non intelligitur bene disiunctio; administratio sacramentorum est et ipsa «*ministerium*»; estne sensus «*ministerium Verbi?*» (1 Pater).

R. – Non admittitur. Sermo est de ministerio in genere.

108 – Pag. 16, lin. 27: Loco «per ministerium et sacramenta» dicatur: «per *ministerium Verbi* et sacramenta» (2 Patres).

## III [n. 3, 16, 21-32]

## IV [n. 3, 611, 23-32]

22	<i>Quod bonum ut apostolatu diffunderemus, Christus/per mandatum Deum et proximum perfecte diligendi nobis iniunxit.</i>	
23	<i>Omnibus igitur christianis onus praeclarum imponitur</i>	Omnibus igitur christifidelibus onus praeclarum imponitur
24	<i>adlaborandi ut divinum salutis propositum ad universos homines et quoquo terrarum perveniat.</i>	adlaborandi/ut divinum salutis
25	<i>Ad hunc apostolatam exercendum Spiritus Sanctus qui populi Dei/sanctificationem per ministerium et sacramenta operatur, quandoque/etiam fidelibus peculiararia tribuit dona (cf. 1 Cor. 12, 7), ea «dividens/singulis prout vult» (1 Cor. 12, 11), ut</i>	104 <i>nuntium</i> ab universis hominibus ubique terrarum cognoscatur et accipiatur.
26	<i>Ad hunc apostolatam exercendum Spiritus Sanctus, qui populi Dei sanctificationem per ministerium et sacramenta operatur, quandoque/etiam fidelibus peculiararia/quoque tribuit dona (cf. 1 Cor. 12, 7), ea «dividens singulis prout vult»/(1 Cor. 12, 11), ut</i>	105 <i>Ad hunc apostolatam exercendum Spiritus Sanctus, qui populi Dei sanctificationem per ministerium et sacramenta operatur, fidelibus peculiararia/quoque tribuit dona (cf. 1 Cor. 12, 7), ea «dividens singulis prout vult»/(1 Cor. 12, 11), ut</i>
27	<i>sint et ipsi «dispensatores multiformis gratiae Dei» (1 Pt. 4, 10), in aedificationem totius corporis in caritate (cf. Eph. 4, 16).</i>	106 <i>Ad hunc apostolatam exercendum Spiritus Sanctus, qui populi Dei sanctificationem per ministerium et sacramenta operatur, fidelibus peculiararia/quoque tribuit dona (cf. 1 Cor. 12, 7), ea «dividens singulis prout vult»/(1 Cor. 12, 11), ut</i>
28	<i>Ex horum charismatum, etiam simpliciorum,/acceptione, pro</i>	107 <i>Ad hunc apostolatam exercendum Spiritus Sanctus, qui populi Dei sanctificationem per ministerium et sacramenta operatur, fidelibus peculiararia/quoque tribuit dona (cf. 1 Cor. 12, 7), ea «dividens singulis prout vult»/(1 Cor. 12, 11), ut</i>
29		108 <i>Ad hunc apostolatam exercendum Spiritus Sanctus, qui populi Dei sanctificationem per ministerium et sacramenta operatur, fidelibus peculiararia/quoque tribuit dona (cf. 1 Cor. 12, 7), ea «dividens singulis prout vult»/(1 Cor. 12, 11), ut</i>
30		109 <i>Ad hunc apostolatam exercendum Spiritus Sanctus, qui populi Dei sanctificationem per ministerium et sacramenta operatur, fidelibus peculiararia/quoque tribuit dona (cf. 1 Cor. 12, 7), ea «dividens singulis prout vult»/(1 Cor. 12, 11), ut</i>
31		110 <i>Ad hunc apostolatam exercendum Spiritus Sanctus, qui populi Dei sanctificationem per ministerium et sacramenta operatur, fidelibus peculiararia/quoque tribuit dona (cf. 1 Cor. 12, 7), ea «dividens singulis prout vult»/(1 Cor. 12, 11), ut</i>
32		111 <i>Ad hunc apostolatam exercendum Spiritus Sanctus, qui populi Dei sanctificationem per ministerium et sacramenta operatur, fidelibus peculiararia/quoque tribuit dona (cf. 1 Cor. 12, 7), ea «dividens singulis prout vult»/(1 Cor. 12, 11), ut</i>

R. – Non admittitur. Cf. supra.

109 – Pag. 16, lin. 27: Omittatur «quandoque» (1 Pater).

R. – Admittitur.

110 – Pag. 16, linn. 27-28: Expressio «quandoque etiam» deletur (35 Patres).

R. – Admittitur.

111 – Pag. 16, lin. 27: «Quandoque» doctrinam apostoli formaliter contradicit. Nam «Unicuique autem datur...» (1 Cor. 12, 7). Rom. 12, 3 «unicuique...» Eph. 4, 7 «unicuique» 1 Pt. 4, 10 «unusquisque». Dicatur ergo: «... operatur, omnibus etiam fidelibus dona sua tribuit, cf. 1 Cor. 12, 7 (6 Patres).

R. – Non admittitur.

112 – Pag. 16, linn. 29-30: Textus 1 Pt. 4, 10 est maximi momenti: fusius citetur. Post «1 Cor. 12, 11» dicatur «ut «unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes» sint et ipsi «sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei» in aedificationem...» (3 Patres).

R. – Admittitur.

113 – Pag. 16, lin. 31 ad 38: Deleantur. Ibi nimis sermo fit de charismatibus et hic sermo periculum ingerit excitandi illusiones et confusiones multas inter eos qui se charismatibus ornatos praebent. Experientia teste aliqui tantum extant. Plurimi e contra illudunt et illuduntur. Charismata fuerunt ordinaria in prima aetate Ecclesiae, quod postea et nunc non accidit (3 Patres).

R. – Non admittitur.

114 – Pag. 16, linn. 31-32: Loco «etiam simpliciorum», dicatur: «etiam minus excellentibus acceptis». Locutio enim «simpliciorum» videtur esse indigna pro charismatibus» (1 Pater).

R. – Melius est ut textus servetur.

---

**III** (C) Uberiore sermone, iuxta plurium Patrum placita (E/3323, 3327, 3394) agitur de Spiritu Sancto, qui per ministerium, sacramenta, infusionem gratiae, distributionem donorum et charismatum ad apostolatatum urget.

**IV** 115 – Dicere: «ius et officium oritur eadem in *salutem* hominum et...» (1 Pater).

R. – Non videtur necessarium.

116 – Pag. 16, linn. 35-36: Loco «maxime cum pastoribus suis, quorum...», dicere: «... cum fratribus in Christo. *Pastorum vero est* de eorum germana natura...». *Ratio*: In hoc numero, optime dicitur laicos ad apostolatatum ab ipso Deo deputari. Sed simul necesse est semper et clare affirmare talia dona spirituaalia non ius ad apostolatatum conferre nisi in Ecclesia. Sub hoc autem aspectu, prima propositio (linn. 6-8) et ultima (linn. 35-38) insufficientes videntur (1 Pater).

R. – Commissio non reputavit necessarium immutare textum.

117 – Pag. 16, linn. 35-36: Plures modificationes a Patribus proponuntur: *a*) praesertim relate ad expressionem: «modo tamen spiritum ne extinguant» quae videtur quasi quaedam admonitio Episcopis facta (7 Patres). *b*) Alii nolunt ut dicatur: «iudicium ferre» sed «*opem ferre*» vel «*conciliare*». *c*) Alius: post

## III [n. 3, 16, 32-38]

33 *unoquoque credentium ius et*  
 34 *officium oritur eadem in/bonum*  
 35 *hominum et aedificationem Ec-*  
 36 *clesiae exercendi in Ecclesia et*  
 37 *in/mundo, in libertate Spiritus*  
 38 *Sancti, qui «ubi vult spirat» (Io.*  
 3, 8), *at/simul in communione*  
*cum fratribus in Christo, maxi-*  
*me cum pastoribus suis, quo-*  
*rum est de eorum germana na-*  
*tura et ordinato exercitio/iudi-*  
*cium ferre, modo tamen Spiritum*  
*ne extinguant sed omnia*  
*probent/et quod bonum est te-*  
*neant (cf. 1 Thess. 5, 12. 19. 21)*  
 (C).<sup>4</sup>

## IV [n. 3, 611, 32-39]

115 *unoquoque credentium ius et* 33  
 116 *officium oritur eadem in bonum* 34  
 117 *hominum et aedificationem Ec-* 35  
 118 *clesiae exercendi in Ecclesia et* 36  
 119 *in mundo, in libertate Spiritus* 37  
 120 *Sancti, qui «ubi vult spirat» (Io.* 38  
 3, 8), *et simul in communione* 39  
*cum fratribus in Christo, maxi-*  
*me cum pastoribus suis, quo-*  
*rum est de eorum germana/na-*  
*tura et ordinato exercitio iudi-*  
*cium ferre, non quidem ut Spiritum*  
*extinguant sed ut omnia*  
*probent et quod bonum est te-*  
*neant (cf. 1 Thess. 5, 12./19. 21).<sup>4</sup>*

III, IV <sup>4</sup> Cf. *Ibid.*, n. 12: A.A.S., 57 (1965), p. 16.

«iudicium ferre» addatur: «*ipsumque moderari*». *d)* Alius: Admodum difficile est iudicare de *germana natura* charismatum. Dicatur: «*de eorum authentia et origine*». *e)* Tres Patres: mutetur sic: «... Iudicium ferre, *non quidem ut spiritum extinguant sed ut omnia probent*».

R. – Ad *d)* Commissio non reputavit necessarium immutare textum cum iudicium de authentia vel origine secumferat iudicium de «germana natura».

Ad ceteros modos propositos Commissio censuit sufficienter provideri accipiendo emendationem ultimam scilicet *e)* unde dicitur «*non quidem ut spiritum extinguant, sed...*».

118 – Pag. 16, lin. 36: Post verba «cum pastoribus suis» addatur: «et sub eorum auctoritate» (1 Pater).

R. – Non admittitur, quia in capite V de hac re sermo erit.

119 – Pag. 16, linn. 37-38: Phrasis terminetur cum verbis: «iudicium ferre», omittendo reliqua (1 Pater).

R. – Commissio opportune correxit textum.

120 – Pag. 16, linn. 37-38: Supprimatur textus paulinus *1 Thess.* 5, 12/19. 21 (1 Pater).

R. – Non admittitur. Citatio invenitur in eodem textu in Constit. «Lumen Gentium» in fine n. 12.

---

**III** (A) Plures Patres (E/3276, 3279, 3280, 3281, 3306, 3307, 3334, 2689, 3522, 3830, 4606) desideraverunt ut profundius et latius de spiritualitate laicorum in ordine ad apostolatam ageretur, et quidem ut huiusmodi spiritualitas intime cum iis quae in Constitutione dogmatica De Ecclesia dicta inveniuntur, coniungeretur (E/3276, 3304, 3306, 3315). Ad hoc obtinendum Commissioni visum est novum integrum numerum de spiritualitate apparandum esse, iis omnibus prae oculis attente habitis quae a Patribus edicta fuerant, non tamen ad minora particularia descendendum.

(B) E/3335 dicit bene in lucem poni debere monitum Domini. Commissio ita redegit textum.

#### **IV** *In genere*

121 – Tollantur omnia inde a linea 9, pag. 17 usque ad lineam 2 pag. 18 inclusive (2 Patres).

R. – Non admittitur. Textus iam fuit a Patribus approbatus.

122 – In hoc articulo de Spiritualitate nihil dicitur de «mysterio paschali». Ponatur aliquid in linea 4, quando agitur de «vitali unione cum Christo» (1 Pater).

R. – Admittitur. Aliquid dicitur infra.

#### *De particularibus*

123 – Pag. 16, lin. 40: 8 Patres dicunt: «Non clare proponitur in schemate vera theologia missionis, nam dicitur Christum esse fontem et originem totius apostolatus Ecclesiae, dum solus Pater, testante Ioanne (Io. 6, 38 et 44; 7, 28; 17, 18; 20, 21) est illa fons et origo. Variis in locis manifestatur haec difficultas. Confer: pag. 21, n. 5, lin. 5 et lin. 20 ubi agendum videtur potius de nuntio Patris («Evangelium Dei et non Evangelium Christi!»); confer etiam pag. 63, n. 31, lin. 26; pag. 65, n. 33, linn. 8-10. Scribatur ergo: «Christus, *missus a Patre...*».

R. – Admittitur: «Cum *Christus missus a Patre* totius apostolatus Ecclesiae», etc.

124 – Pag. 16, lin. 40: Expressio «fons et origo» non videtur recta seu accurata (1 Pater).

R. – Iam provisum est.

125 – Pag. 17, lin. 1: Dicatur: «... cum Christo unione *per caritatem*» (1 Pater).



III [n. 4, 16, 39 – 17, 6]

IV [n. 4, 611, 40 – 612, 1]

39 4. (num. novus)

4.

40

[De spiritualitate laicorum in ordine ad apostolatam] (A).

	<i>Cum</i>	<i>totius apostolatus Ecclesiae fons et origo</i>	123	<i>Cum Christus missus a Patre</i>	
17	<i>et origo</i>	<i>Christus sit,</i>	124	<i>tius apostolatus Ecclesiae fons et origo</i>	41
	<i>efficacitas</i>	<i>apostolatus laicorum prorsus pendet ex ipsorum cum Christo/vitali unione, dicente Domino: «Manete in me et ego in vobis. Qui/manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil/potestis facere» (Io. 15, 4-5) (B).</i>	126 127 128 125 129	<i>sit, patet fecunditatem apostolatus laicorum pendere ex ipsorum cum Christo/vitali unione, dicente Domino:</i>	
2			125	<i>«Qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere» (Io. 15, 5).</i>	42
3			129		43
4			132		
	<i>Haec vita intima unionis cum Christo</i>	<i>alitur subsidiis spiritualibus, quidem fidelibus</i>	122s.	<i>Haec vita intimae unionis cum Christo in Ecclesia</i>	44
5		<i>omnibus quidem fidelibus</i>	130-135	<i>alitur subsidiis spiritualibus, quae omnibus fidelibus sunt communia, praesertim actiosa participatio</i>	612
6		<i>bus, praesertim actiosa participatio</i>	136 134		

R. – Non admittitur. Necessarium non videtur.

126 – Pag. 17, lin. 1: Dicatur «fecunditas» non «efficacitas» (6 Patres).

R. – Admittitur et modificatur textus sicuti nunc legitur.

127 – Pag. 17, lin. 1: Expressio «prorsus» videtur supprimenda (1 Pater).

R. – Admittitur et textus emendatus iuxta propositam emendationem sic sonat: «... patet fecunditatem apostolatus laicorum pendere ex ipsorum cum Christo vitali unione...».

128 – Pag. 17, lin. 2: Addantur verba: «Per gratiam sanctificantem constanter servatam dicente...» (1 Pater).

R. – Non admittitur. Intentio est ut «vitalis unio» hic intelligatur modo amplissimo, quamvis gratia sit fundamentum vitalis unionis cum Christo.

129 – Pag. 17, lin. 3: Versiculos Io. 15, 4 non citatur complete. Vel tria puncta loco verborum quae non citantur ponantur. Vel solus textus citetur: «Ego sum vitis, vos palmites» (3 Patres).

R. – Expunguntur verba «Manente in me et ego in vobis».

130 – Pag. 17, lin. 4: Post verba «haec vita intima unionis cum Christo» addere: «In Ecclesia» (38 Patres).

R. – Admittitur.

131 – Pag. 17, linn. 4 ss.: Ita exprimitur: «... alitur praesertim actiosa participatio sacrae Liturgiae et aliis spiritualibus subsidiis, quae quidem omnibus fidelibus sunt communia, a laicis autem ita adhibenda ut hi...» (2 Patres).

R. – Admittitur sic: «... Alitur subsidiis spiritualibus quae sunt omnibus fidelibus communia praesertim actiosa participatio S. Liturgiae, ita a laicis adhibenda ut...».

132 – Pag. 17, lin. 4: Post «potestis facere» (Io. 15, 4-5) addatur: «pendet etiam ab acceptatione crucis iuxta verba Io. 12, 24: "Nisi granum frumenti mortuum fuerit"...» (4 Patres).

R. – Admittitur sed loco opportuno emendatio inseretur (cf. Modus 158 et 164). 133 – Pag. 17, lin. 4: Post verba «vita intima... cum Christo» addatur: «quam Ecclesia omnibus fidelibus suppeditat» (4 Patres).

R. – Non admittitur cum necessarium non appareat.

---

**III** (C) E/3453, 3281, 3342, extollunt momentum actuosae participationis Sacrae Liturgiae. Quod etiam placuit Commissioni.

**IV** 134 – Pag. 17, lin. 6: Addatur «*et evangelii contemplatione*» ita ut legatur: «Praesertim in actuosae participatione Sacrae Liturgiae et Evangelii contemplatione» (1 Pater).

R. – Non admittitur. Iam providetur in linea 17 ubi agitur de verbi Dei meditatione. 135 – Pag. 17, lin. 5: «... alitur subsidiis spiritualibus...», addatur: «*et exercitiis*» (1 Pater).

R. – Non admittitur cum hoc iam satis appareat ex contextu.

136 – Pag. 17, lin. 5: Dicatur: «alitur praesertim actuosae participatione Sacrae Liturgiae et aliis subsidiis spiritualibus adhibendis ut...» (1 Pater).

R. – Non admittitur.

137 – Pag. 17, lin. 6: Expressio «actuosae participatione S. Liturgiae» sapit idealismum verbalem (1 Pater).

R. – Cf. Const. *De sacra Liturgia* quae hoc etiam modo sese exprimit.

138 – Pag. 17, lin. 6: Post verba «... praesertim actuosae participatione sacrae Liturgiae» addatur: «*sed et iis quae Ecclesia unicuique libere eligenda proponit, iuxta vocationem suam. Ita tamen a laicis adhibendi sunt hi...*» (1 Pater).

R. – Non admittitur in hoc loco. Cf. Modus n. 168.

139 – Pag. 17, lin. 6: Post «sacrae Liturgiae» addatur: «*necnon aliis mediis spiritualibus quae unicuique proponuntur ad mentem vocationis eius*» vel alia similia (4 Patres).

R. – Non admittitur in hoc loco. Cf. Modus n. 168.

**III** (B) E/3536 [E/3538] nollet verba «sanctificationem» et «ad finem», quia sunt aequivoca. Commissio in nova redactione ea vitavit.

E/3312 petit ut loco «quae ad finem animationis christianae ordinis rerum temporalium immediate attinent», dicatur «quae finem ordinis temporalis instaurandi et in Christo restaurandi immediate attinent». Commissio loquitur nunc de «ordinis temporalis instaurazione» et de «spiritu evangelico rerum temporalium ordinem perfundere et perficere».

(C) E/3536 [E/3538] proponit quod verbum «civis», quatenus verbum quod

## III [n. 5, 21, 5-14]

6 *lum est nuntium Christi et gra-*  
 7 *tiam eius hominibus afferre,*  
 8 *sed et spiritu evangelico rerum*  
*temporalium ordinem perfun-*  
*dere /et perficire (B).*

9 *Laici ergo christifideles, hanc/Ec-*  
 10 *clesiae missionem exsequentes,*  
 11 *apostolatam/suum exercent tam*  
 12 *in mundo quam in Ecclesia,*  
*tam in ordine tempora-*  
*li quam in ordine spirituali.*

13 *Idem enim laicus, qui est*  
 14 *simul fidelis/et civis, in utroque*  
*ordine una conscientia/christia-*  
*na continenter duci debet (C).*

## IV [n. 5, 613, 18 – 614, 3]

5 *lum est nuntium Christi et gra-*  
 6 *tiam eius hominibus afferendi,*  
 7 *sed et spiritu evangelico rerum*  
 8 *temporalium ordinem perfun-*  
 9 *dendi et perficiendi.*

9 *Laici ergo, hanc Ec-*  
 10 *clesiae missionem exsequentes,*  
 11 *apostolatam suam/exercent tam*  
 12 *in Ecclesia quam*  
 13 *in mundo, tam in ordine*  
 14 *spirituali quam*  
 15 *in/ordine temporali: qui ordines,*  
 16 *etsi distinguuntur, in unico*  
 17 *consilio Dei ita/sunt connexi ut*  
 18 *ipse Deus intendat, in Christo,*  
 19 *totum mundum reassumere/in*  
 20 *novam creaturam, inchoative his*  
 21 *in terris, plene in ultimo die.*

22 *In utroque/ordine laicus, qui est*  
 23 *simul fidelis et civis,*  
 24 *una conscientia christia-*  
 25 *na continenter duci debet.*

indicat membrum populi in sensu politico, vitetur, et dicatur «homo» simpliciter. Commissio hanc emendationem non accepit, quia hic agitur proprie de homine quatenus pertinet ad familiam, ad professionem, ad civitatem, ad vitam socialem in mundo.

Eidem Patri (E/3536 [E/3538]) non placent verba «societatem sive ecclesiam sive civilem» et proponit «societatem sive humanam sive divinam». Commissio putavit melius esse illa verba omittit. Ita satisfit etiam obiectioni E/3582.

E/3583 petit ut introducantur distinctiones inter apostolatam laicorum sensu lato et sensu stricto; directum et indirectum. Commissio reputavit illas distinctiones esse valde disputatas et non eodem sensu ab omnibus accipi, et ideo eas vitare voluit. Sed ideae, quae his distinctionibus indicantur, substantialiter, concrete et clare exponuntur.

**IV 8** – Novus numerus conficiatur, excerptum e n. 8 ad verbum (30 Patres).

R. – Non admittitur quia non concordat cum normis.

9 – Pag. 21, linn. 8-14: Dicatur: «Laici ergo christifideles, suam in Ecclesia missionem exsequentes, apostolatam suam in mundo et in Ecclesia atque cum sint simul fideles et cives, semper una conscientia christiana duci debent» (1 Pater).

R. – Non admittitur. Textus est approbatus.

I

II [n. 9, 10, 19-30]

10. 19

[*De hominum conversione et progressu ad Deum*]. [A]

«Caritas/Christi urget nos» (2 20  
*Cor.* 5, 14) ut omnibus homini- 21  
 bus imprimis bonum fidei gra-  
 tiaeque donum provideatur; iux- 22  
 ta illud Christi: «Quaerite ergo  
 primum regnum Dei et iusti-  
 tiam eius» (*Mt.* 6, 33).

Apostolatui autem Ecclesiae, 23  
 quo suam primariam explevit et 24  
 explet missionem verbum Dei  
 nuntiandi hominesque sanctifi- 25  
 candi, numquam defuit sollicita  
 et efficax collaboratio laicorum, 26  
 qui, modo proprio/agentes et in  
 suo statu manentes, filiali ani-  
 mo cum sacra Hierarchia con- 27  
 iuncti, «Dei adiutores» (*I Cor.* 3,  
 9) in salute hominum procuran- 28  
 da/re vera facti sunt.

Nostris quidem temporibus 29  
 laici Ecclesiam multimode adiu-  
 vant, ut/ipsa vita sua actioneque 30

**II** 10. [A] Hic numerus etiam est aliquid novus in schemate praesenti. In praecedenti redactione quidem habebatur res immo et titulus, nempe: «*De Apostolatu laicorum ad regnum Christi directe provehendum*»; hic tamen alio modo pertractatur materia illa quae laicorum «apostolatium religiosum, spirituale» exprimit.

**III** *Ad num. 6:* (A) Ut aliqua uniformitas habeatur in titulis numerorum huius capituli, Commissio mutavit hunc titulum: «De apostolatu ad homines evangelizandos et sanctificandos». Insuper, sicut aliqui Patres E/3283, 3326, 3378, petierunt hic numerus ex novo redactus est, ut pars laicorum in apostolatu ad homines evangelizandos et sanctificandos magis extollatur.

(B) E/3311 insistit quod apostolatus Hierarchiae et laicorum sunt complementariae. Commissio ita redegit textum, et sic etiam satisfcit observationibus E/3280, 3317, 3478.

**IV** 10 – Pag. 21, lin. 18: Dicatur: «... gratia Dei consequendam» (1 Pater).

R. – Non admittitur.

11 – Pag. 21, linn. 16-29: Deleantur (1 Pater).

R. – Maneat textus, quia approbatus est a Congregatione Generali.

12 – Pag. 21, linn. 16-17: Dicatur: «Missio Ecclesiae essentialiter salutem hominum respicit» (3 Patres). Loco «salutem» dicatur «vocationem divinam omnium» (1 Pater). Deleantur verba «ante omnia» (29 Patres).

R. – Suppressio verborum «ante omnia» admittitur, quia Ecclesia non habet aliam missionem quam salutem hominum.

13 – Pag. 21, lin. 17: Post «salutem», addatur «aeternam» (1 Pater).

## III [n. 6, 21, 15-29]

## IV [n. 6, 614, 4-11]

15	6.		6.	
16	[De apostolatu ad homines evangelizandos et sanctificandos] (A).			
17	Missio Ecclesiae ante omnia salutem hominum spectat, fide in Christum et gratia eius consequendam.	11,12	Missio Ecclesiae salutem hominum spectat, fide in Christum et gratia/eius consequendam.	5
19	Apostolatus ergo Ecclesiae, omniumque membrorum eius, imprimis dirigitur ad nuntium Christi/verbis et factis mundo patefaciendum gratiamque eius communicandam.	15	Apostolatus ergo Ecclesiae, omniumque membrorum eius, imprimis dirigitur ad nuntium Christi verbis et factis mundo patefaciendum/gratiamque eius communicandam.	6
23	Hoc principaliter/fit per ministerium verbi et sacramentorum, speciali modo clero commissum, in quo et laici/habent suas magni momenti partes adimplendas, ut sint «cooperatores veritatis» (3 Io. 8).	17,18	Hoc principaliter fit per ministerium verbi/et sacramentorum, speciali modo clero commissum, in quo et laici habent/suas magni momenti partes adimplendas, ut sint «cooperatores veritatis»/(3 Io. 8).	7
27	Hoc potissimum in ordine, apostolatus laicorum et ministerium pastorale mutuo se complent (B).	18	Hoc potissimum in ordine apostolatus laicorum et ministerium pastorale mutuo se complent.	11

R. – Non admittitur. Satis intenditur.

14 – Pag. 21, lin. 18: Addatur: «secundum mentem Ecclesiae» (1 Pater).

R. – Non admittitur. Totum schema mentem Ecclesiae exprimit.

15 – Pag. 21, linn. 20-22: Dicatur: «imprimis vult nuntium Christi verbis et factis mundo manifestare, gratiamque eius communicare» (1 Pater).

R. – De nuntio Christi provisum est in eodem numero.

16 – Pag. 21, lin. 23: Non placent verba «per ministerium verbi et sacramentorum» (3 Patres).

R. – Non admittitur. Vide Constitutionem «Lumen Gentium» n. 31.

17 – Pag. 21, linn. 22-29: Scribatur: «Hoc fit simul per ministerium verbi et sacramentorum speciali modo clero commissum et per testimonium vitae et verbi omnium membrorum populi Dei; in his omnibus apostolatus laicorum et ministerium pastorale mutuo se complent» (27 Patres).

R. – Non admittitur, quia non necessarium.

18 – Pag. 21, linn. 22-29: Dicatur: «Hoc principaliter fit per ministerium verbi et sacramentorum clero commissum; sed etiam laici suas partes habere debent, bene disponendo ceteros homines et sacerdotibus adiutorium praestando. Ita fiunt et ipsi «cooperatores veritatis» (1 Pater).

R. – Textus ut iacet est satis clarus.

– Pag. 21, lin. 25: Sic mutetur: «suas partes proprias adimplendas, praesertim in munere catechetico et in vita liturgica Ecclesiae» (1 Pater).

R. – Non admittitur, quia alibi iam habetur.

– Pag. 21, lin. 29: Deleantur verba: «mutuo se complent» (10 Patres). Addatur: «in se arcte connectuntur» (1 Pater). Addatur: «caveant omnino laici a theologia sic dicta laicali et a peculiari theologorum laicatu» (1 Pater).

I

II [n. 9, 10, 30 – 11, 5]

supernaturali quamplures etiam  
qui longe sunt/atingat; immo lai- 31  
ci, sua experientia et studio auxi- 32  
lium praebent Ecclesiae ut in ho-  
diernis sat perplexis vitae huma- 33  
nae condicionibus suam missio-  
nem efficacius explere valeat.

Hanc maiorem possibilitatem 34  
apostolatum religiosum, spiri- 35  
tualem,/exercendi laici attente  
perpendant; sollicite ac genero- 36  
se Summorum Pontificum et  
Episcoporum votis respondeant; 37  
coram Deo et ipsi de Ecclesiae  
missione rationes reddituros se  
esse numquam obliviscantur.

Curent vero in apostolatu pro 11  
animarum salute ac profectu  
exercendo, ut ex plenitudine vi- 2  
tae interioris loquantur, sensu Ec- 3  
clesiae moveantur, humilitate et  
caritate animos alliciant atque 4  
ab omni humano/dominatu alie-  
nos sese praebeant, iuxta illud 5  
Christi: «Non veni ministrari,  
sed ministrare» (Mt. 20, 28).

---

R. – Modi non admittuntur.

– Pag. 21, linn. 24-25: Dicatur: «speciali modo *Episcopis eorumque cooperatores a Christo* commissum, in quo et laici habent...» (1 Pater).

R. – Modus non admittitur, quia non est periculum confusionis inter sacerdotium ordinis et sacerdotium laicorum.

**III** (C) E/3310, 3368, 3379 volunt ut dicatur aliquid de apostolatu verbi in hoc numero; E/3329 insuper petit ut apostolatus verbi laicorum extendatur etiam ad non christianos. Commissio libenter acceptavit has animadversiones.

**IV** 19 – Pag. 21, lin. 35: Post verba «et ad Deum», addatur: «*dummodo signa verae conversionis cordis fuerint*» (2 Patres).

R. – Non admittitur: conversio sincera supponitur.

20 – Pag. 21, lin. 32 – Pag. 22, lin. 4: Dicatur: «*Ipsum exemplum vitae christiana: ... Apostolatus tamen huiusmodi non solo vitae exemplo, quod peculiare quadam significatione sub nomine "testimonii" venit, consistit...*» (1 Pater).

R. – Non admittitur. Vox «testimonium» est magis biblicum quam «exemplum».

21 – Pag. 22, linn. 3-8: Dicatur «*verus apostolatus semper et ubique Christum verbis annuntiare intendit, sive credentibus ad eos adducendos ad fidem, sive fidelibus ad eos instruendos, confirmandos et mutuo concentu, ad fervidiorem*

## III [n. 6, 21, 30 – 22, 12]

## IV [n. 6, 614, 12-23]

30	<i>Innumerae patent laicis occasio-</i>	Innumerae patent laicis occasio-	12
31	<i>nes ad apostolatum evangeliza-</i>	nes ad apostolatum evangeliza-	
32	<i>tionis et sanctificationis/exercen-</i>	tionis et/sanctificationis exercen-	13
	<i>endum.</i>	endum.	
33	<i>Ipsum testimonium vitae christi-</i>	Ipsum testimonium vitae christi-	20
34	<i>anae et opera bona spiritu su-</i>	anae et opera/bona spiritu su-	14
35	<i>pernaturali/exercita, vim habent</i>	pernaturali exercita, vim habent	15
36	<i>attrahendi homines ad fidem et</i>	attrahendi homines ad fidem/et	19
22	<i>ad Deum; dicit enim Dominus:</i>	ad Deum; dicit enim Dominus:	
	<i>«Sic luceat lux vestra coram ho-</i>	«Sic luceat lux vestra coram ho-	16
	<i>minibus ut videant/opera vestra</i>	minibus/ut videant opera vestra	16
	<i>bona et glorificent Patrem vestr-</i>	bona et glorificent Patrem vestr-	17
2	<i>um qui in caelis est» (Mt. 5, 16).</i>	strum qui in caelis est»/(Mt. 5, 16).	17
3	<i>Apostolatus tamen huiusmodi</i>	Apostolatus tamen huiusmodi	21
4	<i>non in solo vitae testimonio con-</i>	non in solo vitae testimonio con-	22
5	<i>sistit; verus apostolatus/quaerit</i>	sistit;/verus apostolus quaerit	19
6	<i>occasiones Christum verbis an-</i>	occasiones Christum verbis an-	23
7	<i>nuntiandi sive non credentibus</i>	nuntiandi sive non credentibus	20
8	<i>ad eos adducendos ad fidem, sive</i>	ad eos adducendos ad fidem, sive	
9	<i>fidelibus ad eos instruendos,</i>	fidelibus ad eos instruendos,	21
10	<i>confirmandos et ad fervidiorum</i>	confirmandos et ad fervidiorum	24
11	<i>vitam excitandos; «caritas enim</i>	vitam excitandos; «caritas enim	22
12	<i>Christi urget nos» (2 Cor. 5, 14),</i>	Christi urget/nos» (2 Cor. 5, 14),	23
	<i>et in corde omnium debent re-</i>	et in corde omnium debent re-	
	<i>sonare illa/verba Apostoli: «Vae</i>	sonare illa verba Apostoli: «Vae	26,27
	<i>enim mihi est, si non/evangeliza-</i>	enim mihi est, si non evangeliza-	
	<i>vero» (1 Cor. 9, 16) (C).<sup>1</sup></i>	vero» (1 Cor. 9, 16). <sup>1</sup>	

III, IV <sup>1</sup> Cf. Prus XI, Litt. Encycl. *Ubi arcano*, 23 dec. 1922: A.A.S., 14 (1922), p. 695; Prus XII, Litt. Encycl. *Summi Pontificatus*, 20 oct. 1939: A.A.S., 31 (1939), pp. 442-443.

vitam excitandos etc.» (25 Patres).

R. – Non admittitur, quia provisum est in n. 10.

22 – Pag. 22, lin. 4: Loco «verus apostolatus quaerit occasionem Christum verbis annuntiandi», dicatur: «Verus apostolus animam attendit ad Christum verbis annuntiandum» (21 Patres).

R. – Commissio accepit solummodo verbum «apostolus».

23 – Pag. 22, lin. 5: Post verbum «quaerit», addatur: «vel etiam non omittit» (6 Patres).

R. – Non admittitur. Qui quaerit non omittit.

24 – Pag. 22, linn. 9-12: Fiat alia dispositio citationum S. Pauli (1 Pater).

R. – Non admittitur. Dispositio uti iacet pertinens videtur.

25 – Pag. 22, lin. 12: 7 Patres longam additionem proponunt.

R. – Longior additio non concordat cum normis.

26 – Pag. 22, post lin. 12 addatur: «*Missione tamen prius accepta a Sacra Hierarchia, praesertim si agitur de publica praedicatione*» (1 Pater).

R. – Non admittitur. Relatio ad hierarchiam provisa est in Cap. V.

27 – Pag. 22, lin. 13: Addatur: «Cum autem nostro aetate ex divitiis scientiae modernae experientiarum hominum, novae quaestiones orientur et cum etiam gravissimi grassentur errores...» (22 Patres).

R. – Pro parte admittitur quoad verba «novae quaestiones orientur et».

---

**IV** 28 – Pag. 22, lin. 13: Addatur: «*hac quoque aetate*» (7 Patres).

R. – Non admittitur. Non videtur necessarium.

29 – Pag. 22, lin. 16: Omittatur verbum «*vehementer*» (1 Pater).

– Lin. 15: Dicatur: loco «*Pater Concilii*», «*haec Sancta Synodus*» (1 Pater).

R. – Ambo modi admittuntur. Loco «*vehementer*», dicitur: «*ex corde*».

30 – Pag. 22, lin. 17: Dicatur post «*laicos*»: «*Praesertim*» (1 Pater).

R. – Non admittitur, textus tamen correctus est.

31 – Pag. 22, linn. 20-21: Post verba «*enucleandis, defendendis*», addatur: «*in quantum opus est*» (1 Pater).



## III [n. 6, 22, 13-21]

13 *Cum autem hac nostra aetate*  
 14 *gravissimi/grassentur errores*  
 15 *qui religionem, ordinem/mora-*  
 16 *lem et ipsam societatem huma-*  
 17 *nam funditus evertere nituntur,*  
 18 *Patres Concilii vehementer hor-*  
 19 *tantur laicos, quotquod in-*  
 20 *genii dotibus et doctrina emi-*  
 21 *nent, ut secundum mentem/Ec-*  
*clesiae, suas diligentius expleant*  
*partes in/principiis christianis*  
*enucleandis, defendendis/et rite*  
*applicandis ad problemata huius*  
*aetatis.*

## IV [n. 6, 614, 24-29]

28 *Cum autem hac nostra aetate* 24  
 27 *novae quaestiones oriantur, et*  
 gravissimi/grassentur errores 25  
 qui religionem, ordinem mora-  
 lem et ipsam societatem/huma- 26  
 nam funditus evertere nituntur,  
 29 *haec S. Synodus ex corde hor-*  
 30 *tatur laicos, iuxta cuiusque in-* 27  
 genii dotes et doctrinam,  
 ut secundum mentem Ec-  
 28 *clesiae, suas diligentius expleant*  
 partes in principiis christianis  
 29 *enucleandis, defendendis et rite*  
 applicandis ad problemata huius  
 32 *aetatis.*

R. – Non admittitur, quia expressio est restrictiva.

32 – Pag. 22 in fine numeri 6 addatur: a) «*Ergo sollicitae ac generose Summorum Pontificum et episcoporum votis respondeant coram Deo et ipsi de Ecclesiae missione rationes reddituros se esse numquam obliviscantur*» (1 Pater). b) «*Ad omnis apostolatus ubertatem haud parum conferunt membrorum Corporis mystici precum iugis oblatio, poenitentia*» (1 Pater). c) Dicatur aliquid de prudentia et caritate. Caveamus fanaticos (1 Pater).

R. – Provisum est a) n. 24; b) n. 4 et 16; c) n. 3.

I [n. 75, 43, 1-10]

II [n. 11, 11, 6-15]

43 [75.]

11.

6

[ *Ordo temporalis in Christo instaurandus*].[*De ordine temporali christiane* [C] *instaurando*]. [A]

2 Cum Deus/omnipotens, factor  
 3 caeli et terrae, universum mun-  
 dum disposuerit ad gloriam  
 suam in plenitudine Christi Filii  
 4 sui, Verbi/incarnati, consum-  
 mandam, meminerint christifi-  
 5 deles se vocatos/quoque esse ad  
 universalem temporalem ordinem  
 6 in Christo perficiendum, secun-  
 dum illud Apostoli: «Omnia ve-  
 7 stra sunt, vos/autem Christi,  
 Christus autem Dei» (1 Cor. 3,  
 23).  
 8 Quapropter apostolatus fide-  
 lium etiam ipsum ordinem  
 9 temporalem attingit,  
 pervadit atque informat, ita qui-  
 10 dem ut, integer/manens in sua  
 natura,

Cum Deus omnipotens 7  
 universum mun- 7  
 dum disposuerit ad gloriam 8  
 suam in plenitudine/Christi Filii 8  
 sui consum- 8  
 mandam, meminerint christifi- 9  
 deles se vocatos/quoque esse ad 9  
 universum temporalem ordinem 10  
 in Christo perficiendum, secun- 10  
 dum illud Apostoli «Omnia ve- 11  
 stra sunt, vos autem Christi, 11  
 Christus autem Dei» (1 Cor. 3, 11  
 23).  
 Quapropter apostolatus fide- 12  
 lium etiam ipsum rerum 12  
 temporalium/ordinem attingit, 13  
 pervadit atque informat, ita qui- 13  
 dem ut, integer manens in sua 14  
 natura, lege morali, quam cari- 14  
 tas perficiat, exstruatur et ad 15  
 Deum, per Christum, ordinetur. 15

**II** 11. [A] De apostolatu laicorum in actione temporali, in redactione anteriore habebantur quattuor capita; in ista unico numero compendiantur essentialia. Animadversiones autem se referebant ad illa quattuor capita, tamen in compendio huius numeri rationem habuimus animadversionum.

Multi Patres [E/427, E/301, E/351, E/2254, E/2329] petierunt ut de hac actione laicorum brevis et magis concinae locutio fiat. Quod quidem factum est in compendio numeri huius.

**III** *Ad num.* 7: (A) E/3282, 3312, 3340, 3391, 3432, 3429, 3437, 3454 et alii petierunt ut hic numerus funditus et ex novo redigatur. Cui desiderio Commissio his satisfacit.

(B) Quia aliquis (E/3582) petiit ut dicatur quid concrete comprehendit ordo temporalis, enumerantur «bona vitae, familiae, ingenii cultus, res oeconomicae, artes et “professiones”, communitatis politicae instituta, relationes internationales et alia huiusmodi eorumque evolutio et progressus». Commissio tamen vitavit verba «consecrati mundi», quatenus aequivoca in seipsis et non eodem sensu ab omnibus accepta.

Idem Patet (E/3582) advertit quod sermo erat de «christifidelibus» et de «laicis». In nova redactione dicitur semper tantum «laici».

**IV** 33 – Pagg. 22-23: Numerus est nimis longus. Periculum continet imponendi societati pluralisticae normas omnes christianas (2 Patres).

R. – Commissioe hoc periculum non videt.

34 – Pag. 22, lin. 23: Loco «hoc est» dicatur: «*sed et hoc est*» (1 Pater),

R. – Commissio admittit hoc modo: «Circa mundum vero consilium Dei».

35 – Pag. 22, lin. 24: Dicatur: «ut homines dum ad aeternam vitam per eum pro-

## III [n. 7, 22, 22-37]

## IV [n. 7, 614, 30-38]

22	7.	33	7.	30
23	[De ordine rerum temporalium christiane instaurando] (A).			
24	Hoc est consilium Dei/circa mundum,	34,44		Circa mundum vero consilium Dei est,
25	ut homines concordii animo/ordinem rerum temporalium restaurarent iugiterque perficiant.	35	36	31
26		37	38	32
27	Omnia quae efficiunt ordinem temporalem, videlicet bona vitae, familiae, ingenii cultus, res oeconomicae, artes et «professiones»,/communitatis politicae instituta, relationes internationales et alia huiusmodi eorumque evolutio et progressus	39	40	33
28	(B), non solum subsidia/sunt ad finem ultimum hominis, sed proprium/habent «valorem», a Deo eis insitum, sive/in seipsis considerata, sive uti partes universi/ordinis temporalis: «viditque Deus cuncta/quae fecerat et erant valde bona» (Gen. 1, 31).	41	42	34
29		43	44	35
30		45	46	36
31		47	48	37
32		49	50	38
33		51	52	
34		53	54	
35		55	56	
36		57	58	
37		59	60	

grediantur concordii animo...» (3 Patres).

R. – Commissio non admittit, quia agitur in hoc numero de fine intermedio ordinis temporalis.

36 – Pag. 22, lin. 26: Post «perficiant», dicatur: «sub ductu Dei» (1 Pater). Ad datur: «iugiter perficiant usque ad adventum Christi gloriosum in fine saeculi» (1 Pater). Loco: «restaurent», dicatur: «instaurent».

R. – Commissio «instaurent» admisit. Quoad priores modos provisum est pag. 23, linn. 1-3.

37 – Pag. 22, lin. 26: Post «perficiant» addatur: «et ad Deum adducant» (1 Pater), vel «sic ager mundi, ut dicit Constitutio Lumen Gentium n. 36, melius pro semine verbi divini parabitur» (1 Pater).

R. – Non admittitur, quia etiam ordo temporalis suum habet valorem.

38 – Pag. 22, lin. 27 – Pag. 23, lin. 23: Supprimantur ex magna parte, quia quasi omnia inveniuntur in De Ecclesia (2 Patres).

R. – Non admittitur. Multa in nostro Schemate inveniuntur in de Ecclesia.

39 – Pag. 22, linn. 32-33: Dicatur: «... eorumque evolutio et progressus ideo subsidia sunt ad finem ultimum hominis, quia proprium habent valorem» (1 Pater).

R. – Explicatio haec non videtur necessaria in textu.

40 – Pag. 22, linn. 36-37: Omittatur citatio Scripturae (3 Patres).

R. – Non admittitur.

41 – Pag. 22, linn. 35-40: Sic resumantur: «sive in seipsis, sive uti partes universi ordinis temporalis considerata, sive etiam ex relatione cum persona humana» (1 Pater).

R. – Maneat textus, quia clarior.

I [n. 75-76, 43, 10.15-18]

II [n. 11, 11, 16-22]

totus simul spiri-  
tu christiano imbuatur.

[76] Hodiernae aetatis proprium est  
15 ut homo, doctrinarum et artium  
16 ingenti progressu in temporali-  
17 bus ditatus, necnon bo-  
18 norum omnis generis copia, ap-  
tior in dies appareat ad divinam  
suam circa/mundum vocatio-  
nem implendam.

Urget ergo ut laici, praeter 16  
sua officia et munera quibus 17  
funguntur, operam etiam confe-  
rant ad exsequendum consilium 18  
Dei tam naturalia/quam super-  
naturalia in se complectens, ita 19  
ut ordinem temporalem restau-  
rent ac perficiant eumque spiri-  
tu christiano imbuant. [B]

Hodiernae aetatis proprium est 20  
ut homo, doctrinarum et artium  
ingenti progressu in temporali- 21  
bus ditatus, necnon maiori bo-  
norum 22  
copia, ap-  
tior in dies evadat ad  
suam circa mundum vocatio-  
nem implendam. [D]

**II** [B] Alii [E/530, E/495] e converso etiam normas particulares huius actionis desiderant.

Unus Pater [E/268] enim optat ut «normae etiam de re politica accurate condantur, ut in actione temporali exercenda, laici melius ad bonum commune publicae rei et Ecclesiae conferant».

Alii Patri [E/256] displicet in schemate abesse normas quae referentur ad sic dictas «partes politicas inspirationis christianae» vel immo «catholicae».

Unus Pater [E/2251] iudicat utile exponere principia quoad habitudinem laicorum catholicorum relate ad auctoritates civiles est quoad usum iurium politicorum e. g. collaboratio cum auctoritatibus legitimis quoad bonum commune; numquam identificare cum Ecclesia partem (partito) politicam catholicam, et tolerare cum caritate partes quae non sunt aperte anti-catholicae; in nationibus ubi plures adsunt religiones, petatur libertas, sed absque privilegiis quae essent contra alias religiones.

E converso aliqua Conferentia Episcopalis [E/351] quaeritur quod textus uti sonat pro religionibus catholicis tantum valeret, dum pro omnibus christifidelibus Concilium loqui oporteret.

R/ Quoad sententias ita discrepantes Commissioni visum est tutiori modo procedere; ideo iste numerus nunc ita redactum est ut valere possit pro omnibus nationibus, etiam non catholicis immo non christianis, in quibus laici etiam munus habent ordinem temporalem christiane instaurandi. Non ergo amplius insistimus et nobis assentiendum non videtur illis desideriiis, quae normas politicas vel normas quoad partes (partiti) inspirationis christianae petunt; illae enim non possint applicari in omnibus nationibus.

[C] Quoad ipsum textum aliquis Pater [E/427] vellet ut loco vocabuli «christiane» dicatur: «secundum principia christiana».

R/ Nobis vero assentiendum non videtur, quia titulus iam sat longus est, et res intelligitur etiam relicto vocabulo «christiane».

[D] Aliqua Conferentia Episcopalis [E/351] optat ut munus proprium laicorum sub diversis aspectibus melius describitur. Eadem Conferentia Episcopalis [E/351] vellet etiam ut enumerentur: in rebus temporalibus, nempe «familiaribus, oeconomicis, politicis, ad culturam et otium pertinentibus».

R/ Ex una parte hoc per se patet; quoad explicationem particulanem tamen in schemate tam brevi non adest amplius locus. Aliqua tamen hac de re dicuntur in schemate «De Ecclesia in mundo huius temporis».

III [n. 7, 22, 38 – 23, 8]

IV [n. 7, 614, 38 – 615, 2]

38	<i>Haec eorum naturalis bonitas</i>	42,44	<i>Haec eorum naturalis bonitas</i>	
39	<i>specialem quandam dignitatem</i>	43	<i>specialem/quandam dignitatem</i>	39
	<i>accipit ex eorum relatione cum</i>		<i>accipit ex eorum relatione cum</i>	
40	<i>persona humana in cuius servi-</i>		<i>persona humana in cuius servi-</i>	40
	<i>tium sunt creata.</i>		<i>tium sunt creata.</i>	
41	<i>Tandem placuit Deo omnia, tam</i>	42	<i>Tandem placuit Deo omnia, tam</i>	
23	<i>naturalia quam/supernaturalia,</i>	45	<i>naturalia quam supernaturalia,</i>	41
2	<i>in Christo Iesu in unum colligere</i>		<i>in Christo Iesu in unum colligere</i>	
	<i>«ut sit in omnibus ipse prima-</i>		<i>«ut sit in omnibus ipse prima-</i>	42
3	<i>tum tenens» (Col. 1, 18) (C).</i>		<i>tum/tenens» (Col. 1, 18).</i>	
4	<i>Haec tamen destinatio/non mo-</i>	42	<i>Haec tamen destinatio non mo-</i>	
	<i>do non privat ordinem tempora-</i>	46	<i>do non privat ordinem/tempora-</i>	43
5	<i>lem sua/autonomia, suis pro-</i>		<i>lem sua autonomia, suis pro-</i>	
6	<i>priis finibus, legibus, subsidiis,</i>		<i>priis finibus, legibus, subsidiis,</i>	
	<i>momento pro hominum bono,</i>		<i>momento/pro hominum bono,</i>	615
7	<i>sed potius/eum perficit in sua vi</i>		<i>sed potius perficit in sua vi</i>	
8	<i>et praestantia propria/simulque</i>		<i>et praestantia propria simulque</i>	2

Aliquis Pater [E/429] optat ut explicite dicatur istam phrasim applicari etiam religiosis laicis, nempe «laici ... rebus temporalibus ut proprio ordinario munere incumbunt».

R/ Quod tamen non est ad rem. De religiosis laicis tractat nempe schema «De religiosis».

Aliquis Pater [E/228] queritur quod in textu omnes fideles dicuntur vocari ad promovendum progressum scientiarum et artium. Uti patet hoc non est verum.

R/ In praesenti textu, magis generali modo loquenti, hoc non amplius ita sonat.

**III** (C) E/3583 proponit declarationem circa fundamentum vocationis laicorum quoad mundum. Commissio putat hoc sufficienter indicari nunc verbis: «Tandem placuit Deo omnia, tam naturalia quam supernaturalia, in Christo Iesu in unum colligere “ut sit in omnibus ipse primatum tenens”».

**IV** 42 – Pag. 22, lin. 38 – Pag. 23, lin. 9: Sic redigatur textus: «*Illa bonitate naturali praedita sunt quam Deus, conditor omnium, eis indidit (cf. Gen. 1, 31) quaeque specialem quandam dignitatem accipit ex earum relatione cum persona humana in cuius servitium sunt creata. Placuit autem Deo omnia, tam naturalia quam supernaturalia, in Christo Iesu in unum colligere “ut sit in omnibus ipse primatum tenens” (Col. 1, 18); per quem ipsa temporalia ad vitam hominis aeternam inserviunt*» (3 Patres).

R. – Commissio non admisit modum, quia textus melius exprimit harmoniam inter creationem et redemptionem.

43 – Pag. 22, linn. 38-40: Dicatur: «Haec naturalis bonitas a Deo eis insita est ob essentialem relationem quam cum homine habent in cuius servitium sunt creata» (1 Pater).

R. – Non admittitur, quia res prius sunt bonae relate ad Deum, quam relate ad hominem.

44 – Pag. 22, lin. 23 – Pag. 23, lin. 10: Vetus textus resumatur, quia novus sapit Theillardismum (1 Pater).

R. – Non admittitur, Textus exprimit doctrinam traditionalem Ecclesiae.

45 – Pag. 22, lin. 41 – Pag. 23, lin. 1: Verba «tam naturalia quam supernaturalia» deleantur et dicatur: «*Omnia in Christo Iesu*» (1 Pater).

R. – Non admittitur. Distinctio ordinum necessaria est.

46 – Pag. 23, linn. 4-5: a) Loco «non privat... bono» dicatur: «non privat ordinem temporalem sua autonomia, id est, suis propriis finibus ac internis legibus,

I [n. 76, 79, 43, 18-23; 44, 8-9. 13-14]

19 Altera tamen ex parte, his ipsis  
 20 particularibus bonis seductus,  
 21 haud parum periclitatur ne, uni-  
 22 versalis et integrae suae naturae  
 23 sensum amittens, servus ope-  
 rum/quae ipse confecit magis  
 inveniatur, quam regali illa filio-  
 rum/Dei libertate erga res crea-  
 tas excellens, ad quam mirabili-  
 ter **conditus** est et mirabilius re-  
 formatus (cf. *Miss. Rom.*  
 ad Offertorium).

[79] Christianae ordinis tempora-  
 44 lis instaurationi ac perfectioni  
 9 totius Ecclesiae est operam dare.  
 14 laici vero, dum et ipsi ea myste-  
 ria participant, rebus temporali-

II [n. 11, 11, 22-33]

23 Altera tamen ex parte, his ipsis  
 24 particularibus bonis seductus,  
 25 haud parum/periclitatur ne, uni-  
 26 versalis et integrae suae naturae  
 27 sensum amittens, servus ope-  
 rum quae ipse confecit magis  
 inveniatur, quam regali illa filio-  
 rum Dei libertate erga res crea-  
 tas excellens, ad quam mirabili-  
 ter **conditus** est et mirabilius re-  
 formatus (cf. *Missale Romanum*  
 ad Offertorium).

28 Ad christianam ordinis tempora-  
 29 lis instaurationem exiguntur  
 30 proinde/veritas revelationis,  
 31 ut securius et clarius valores hu-  
 mani percipiantur/eorumque  
 connexio cum supernaturali ordi-  
 ne, atque gratia Dei, ut diu/ho-  
 mo possit perseverare in integro  
 ordine perficiendo. [E]

32 Christianae ordinis tempora-  
 33 lis instaurationi ac perfectioni  
 totius Ecclesiae est operam dare.  
 Laici vero

subsidiiis et momento pro hominum *bono immediato*» (3 Patres). *b*) Deleatur: «sua autonomia» et dicatur: «Haec tamen destinatio non modo non privat ordinem temporalem *suis propriis finibus...*» (1 Pater). *c*) Dicatur: «autonomia *relativa*» vel «*legitima* autonomia» (3 Patres). *d*) Dicatur: non modo non *destruunt ordinis temporalis autonomiam...* finem... sed potius...» (2 Patres).  
 R. – *a*) *d*) Textus est satis clarus. *b*) Ordo temporalis habet suam autonomiam. *c*) In textu patet autonomiam esse quid relativum et legitimum.

II [E] Improbatur aliquis Pater [E/384] agi hic «de actione sociali», quin conceptus ipsius explicetur, optat ergo ut definiatur «natura actionis socialis» necnon conceptus «de securitate sociali».

Item alius [E/413] Pater optat ut sermo fiat de «inceptis cooperativis», quia illa «continet et sustinet virtutes (valeurs) humanas eximias et progressum civilizationis promovent. Insuper, cooperativae possibilem reddunt directam applicationem principiorum socialium institutionibus socialibus et oeconomicis coetaneis».

Alius autem Pater [E/427] vellet ut «commendentur motus opificum et patronum». Spes enim affulget et mutuo eorum contactu solutiones sociales gigni posse, quae fini enciclicae «Mater et Magistra» plene congruunt.

R/ Quia illae quaestiones de natura actionis socialis, de securitate sociali, de inceptis cooperativis et de motu opificum et patronum sunt valde particulares, hoc in schemate non possunt pertractari. Aliqua tamen dicuntur in schemate «De Ecclesia in mundo huius temporis».

Unus Pater [E/384] vellet ut hoc in loco aliqua dicantur de turismo et de sport, quae sunt argumenta non exigui momenti pro apostolatu laicorum.

R/ Etiam haec est quaestio nimis particularis.

## III [n. 7, 23, 8-26]

## IV [n. 7, 615, 2-12]

9	<i>adaequat integrae vocationi hominis/super terram.</i>	47	<i>adaequat integrae vocationi hominis super terram.</i>	
10	<i>Decursu historiae, rerum temporalium usus/gravibus foedatus</i>	48	<i>Decursu historiae, rerum temporalium usus gravibus foedatus</i>	3
11	<i>est vitiis, quia homines, originali labe affecti, in perplures saepe lapsi/sunt errores circa verum</i>		<i>est vitiis, quia homines, originali labe affecti, in perplures saepe lapsi sunt errores circa/verum</i>	4
12	<i>Deum, naturam hominis, et principia legis moralis: unde mores et institutiones humanae corruptae, et ipsa/persona humana non raro conculcata.</i>		<i>Deum, naturam hominis et principia legis moralis: unde mores et/institutiones humanae corruptae, et ipsa persona humana non raro conculcata.</i>	5
13				6
14	<i>Nostris/quoque diebus, non pauci, disciplinarum naturalium et technicarum artium progressibus plus/aequo fidentes, in rerum temporalium veluti/idololatriam declinant, potius earum servi effecti quam domini (D).</i>	48	<i>Nostris quoque diebus, non pauci, disciplinarum naturalium et technicarum artium progressibus plus aequo fidentes, in rerum temporalium veluti/idololatriam declinant, potius earum servi effecti quam domini.</i>	7
15		49		8
16	<i>Totius Ecclesiae est ad hoc operam navare/ut homines capaces reddantur universum ordinem rerum temporalium recte instituendi et/ad Deum per Christum ordinandi;</i>	50	<i>Totius Ecclesiae est ad hoc operam navare, ut homines capaces reddantur/universum ordinem rerum temporalium recte instituendi et ad Deum per/Christum ordinandi.</i>	9
17		51		10
18	<i>ad Pastores/spectat principia cir-</i>	52,53	<i>Ad Pastores spectat principia cir-</i>	11
19				12
20				
21				
22				
23				
24				
25				
26				

**III** (D) E/3391 et E/3537 proponunt ut deleantur omnia quae eschatologiam sapiunt vel ut voluntatem Ecclesiae civitatem terrenam dominandi intelligi possunt. Quod in nova redactione factum est.

**IV** 47 – Pag. 23, lin. 8: Loco «adaequat» dicatur: «*aptat*» (1 Pater).

R. – Non admittitur.

48 – Pag. 23, linn. 10-21: Omittatur (2 Patres). – Linn. 16-21: Dicatur: «*Quapropter omnes semper cavere oportet ne rerum humanarum progressibus plus aequo fidentes, in temporalium veluti idololatriam declinent*» (1 Pater). – Lin. 16: Dicatur: «*quae doctrina perutiliter in mentem revocatur nostris quoque diebus*» (1 Pater). – Lin. 17-21: Omittatur (1 Pater).

R. – Non admittuntur isti modi, quia nimis negativi.

49 – Pag. 23, linn. 18-19: Addatur: «*progressibus plus aequo fidentes eosve ad servitium hominum non ordinantes*» (24 Patres).

R. – Non admittitur, quia textus eandem ideam exprimit.

50 – Pag. 23, lin. 23: Post «*capaces reddantur*», addatur: «*seipsos et universum...*» (1 Pater).

R. – Non admittitur. Non est necessarium.

51 – Pag. 23, lin. 24: Deleatur «*recte instituendi et...*» (1 Pater).

R. – Non admittitur. Textus loquitur de tota Ecclesia.

52 – Pag. 23, linn. 25-30: Textus melius redigatur quoad finem creationis et usum mundi (1 Pater). Omittantur (3 Patres). Dicatur: «*Ad Pastores spectat supra principia circa finem creationis et usum mundi enuntiare in via ad ordinem rerum in Christo instaurandum quaerenda, pastoralis suo ministerio, laicos adiuvere, auxiliaque spiritualia praestare*» (1 Pater). Dicatur: «*Ad Deum ordinandi et spiritu Evangelii illuminandi... sub Christi regno instaurandi viam*»

I [n. 79-80, 44, 14-25]

II [n. 11, 11, 33 – 12, 4]

15 bus ut proprio ordinario munere incumbunt.

16 Quapropter laici, in temporali ordine

17 Christi gloriam instaurando, maiores partes habent; et ideo responsabilitate propria/agant oportet, etsi consociati.<sup>2</sup>

[80] Cum diversissimae inveniantur in variis populis et communitatibus condiciones religiosae, culturales, sociales, politicae, fideles in actione temporali exercenda eas/seligant formas et methodos quae

24 vitae christianae/principia, concretis temporum et locorum adiunctis spectatis, melius et efficacius applicari possunt atque cum re-

in temporali ordine, quem actio hierarchica qua talis directe non attingit, ad Christi gloriam instaurando/peculiares partes habent; et ideo responsabilitate propria agant oportet. [F]

34  
35  
36 Formae et methodus actualitatis commendentur quae leges proprias/diversorum ambituum ordinis temporalis integras servant, quaeque melius variis in decursu historiae, condicionibus populorum, communitatum, institutionum, coetuum aptentur et quibus universalia vitae christianae principia, rerum natura atque concretis temporum et locorum adiunctis spectatis, efficacius applicari possunt. [G]

I <sup>2</sup> Ceterum efficax agendi opportunitas in diversis ordinis temporalis campis iis praebetur qui ordinarie ipsis incumbunt.

(1 Pater). Addatur: «Ad Pastores quidem, cum laicis utique colloquentes...» (2 Patres). Post «auxilia», addatur: «*moralia et*» (1 Pater).

R. – Commissio aliquantulum satisfecit modis. Vide textum [emendatum].

II [F] Quando agitur de ordine temporali ad Christi gloriam instaurando, unus Pater [E/413] optat ut loco «maiores partes» dicatur «speciales» vel «peculiares», quia verba «maiores partes» non bene concordant cum sequentibus.

R/ Commissio libenter assentit huic rectae observationi et textus nunc ita sonat: «Laici vero in temporali ordine ... ad Christi gloriam instaurando peculiares partes habent».

Unus Pater [E/427] vellet ut deleto verbo «propria», ponatur: «et ideo unusquisque sua responsabilitate agat oportet (pag. 11, lin. 35).

R/ Nobis vero assentiendum non videtur, quia textus bene exprimit ideam: «responsabilitate propria agant oportet».

[G] Alius Pater [E/241] vellet ut ultro addatur «atque in re temporali vel civili seligendo tum fines attingendos tum media ad istos fines obtinendos plena libertate gaudent». Et addit rationem: si nempe laici in re temporali et civili propria industria et responsabilitate agere debent, tunc eorum libertas actionis sive in campo operis sive vita publica, nationali vel internationali, sive in aliis campis ad Evangelio viam sternendam clare et explicitè exprimi debet.

R/ Commissio, omnibus perpensis, iudicavit hic satis esse quod de illa libertate implicite agatur, dum in capite V explicitè sermo fiet de libertate laicorum.

IV 53 – Pag. 23, lin. 26: Loco «spectat» dicatur: «Pastores debent» (1 Pater).

R. – Non admittitur. In hoc loco non convenit exhortari Pastores.

54 – Pag. 23, lin. 28: Dicatur «instaurandi urgentiam indicare generalioresque



## III [n. 7, 23, 26-42]

ca finem creationis et usum	
27 mundi clare enuntiare, ordinem	55
28 rerum temporalium in Christo	
instaurandi viam indicare,	54
29 auxiliaque spiritualia ad	
30 hoc necessaria praestare. [cf. ln.	56
27-28]	
31 Laicos autem oportet ordinis	
32 temporalis/instauracionem tam-	57
33 quam proprium munus assume-	58
re et in eo, lumine Evangelii ac	
34 mente Ecclesiae ductos et cari-	
35 tate christiana actos, directe/et	
modo definito agere; qua cives	
36 cum civibus,/specifica peritia et	
38 propria «responsabilitate»/coope-	59
39 rari; ubique et in omnibus iusti-	
tiam regni/Dei quaerere.	
Ita instaurandus est ordo tempo-	61
40 ralis ut, propriis eiusdem legibus	60,62
41 integre servatis, ulterioribus vitae	63
42 christianae principiis/conformis	

## IV [n. 7, 615, 12-21]

ca finem creationis et/usum	13
mundi clare enuntiare, [cf. ln.	
13-14]	
auxilia moralia et spiritualia	
praestare, ut or-	
do/rerum temporalium in Chri-	14
sto instauretur.	
Laicos autem oportet ordinis	15
temporalis instauracionem tam-	
quam proprium munus assume-	16
re et in eo, lumine Evangelii ac	
mente Ecclesiae ductos/et cari-	17
tate christiana actos, directo et	
modo definito agere; qua cives	
cum/civibus, specifica peritia et	18
propria responsabilitate coope-	
rari; ubique et in/omnibus iusti-	19
tiam regni Dei quaerere.	
Ita instaurandus est ordo tempo-	61
ralis/ut, propriis eiusdem legibus	20
integre servatis, ulterioribus vitae	
christianae/principiis conformis	21

*normas praebere, necnon auxilia spiritualia ad hoc...*» (1 Pater).

R. – Non admittitur. Textus est de Laicis.

55 – Pag. 23, linn. 27-28: Deleatur: «ordinem rerum temporalium in Christo instaurandi viam indicare» (2 Patres). Post verba: «ordinem rerum temporalium», addatur: «non sine cum laicis colloquio» (1 Pater).

R. – Commissio aequaliter satisfecit modis, emendendo textum.

56 – Pag. 23, lin. 30: Post verbum «praestare», addatur: «quin tamen ex hoc officio adimpleto responsabilitas oeconomica aut politica ad pastores derivetur» (1 Pater).

R. – Non admittitur. Schema hanc doctrinam supponit.

57 – Pag. 23, lin. 31: Post verbum «temporalis», addatur: «actualem instauracionem» (3 Patres).

R. – Non admittitur, quia «actualis» esset quaedam restrictio.

58 – Pag. 23, linn. 32-33: Deleantur verba «tamquam proprium munus assumere et in eo» (2 Patres).

R. – Maneat textus, quia laici in ordine temporali primas partes habent.

59 – Pag. 23, lin. 36: Addatur: «et propria libertate et responsabilitate» (1 Pater).

R. – Non est necessarium. Responsabilitas libertatem implicat.

60 – Pag. 23, linn. 38-39: Addatur: post verbum «temporalis», «servata quidem autonomia quae eidem legitime competit» (1 Pater).

R. – De autonomia, iam dictum est pag. 23, linn. 3-9.

61 – Pag. 23, linn. 38-42: «Marquer l'union entre l'instauracion de l'ordre temporel et les principes chrétiens» (1 Pater).

R. – Nexus iam patet.

62 – Pag. 23, lin. 40: Non bene dicitur «propriis eiusdem legibus integre servatis». Dicatur: «propriis iustis legibus» (1 Pater).

R. – Non est necessarium, quia lex iniusta non est lex.

I [n. 80, 40, 44, 25-26; 27, 13-16]

II [n. 11, 12, 5-14]

26 rum natura consonant.

Opera temporalia exercentes, 5  
 secundum leges ipsis inditas et 6  
 ad/fines eorum proprios conse- 7  
 quendos, lumine fidei et virtute 8  
 vitae supernaturalis ducantur, 9  
 memores se ita non solum suae 10  
 sanctificationi consulere, sed 11  
 etiam activitates efficaciores 12  
 reddere ad finem suum asse- 13  
 quendum. 14

[40] Ad hoc facilius assequendum  
 27 quam maxime colat

Amor christianus et efficaci- 10  
 tas apostolatus postulant ut col- 11  
 antur etiam/qualitates humanae 12  
 quae a natura requiruntur, et a 13  
 non credentibus/maximi habentur, 14  
 ut sunt probitas, sinceritas,  
 fortitudo, prudentia, hu-  
 manitas, rerum peritia ac sen-  
 sus civicus, sine quibus nec vita  
 christiana,/nec efficax testimo-  
 nium caritatis consistere potest. [H]

14 probitatem,/sincerita-  
 tem, fortitudinem, hu-  
 manitatem et alias virtutes na-  
 15 turales, sine quibus nec vita  
 christiana, nec testimo-  
 16 nium caritatis/efficax esse  
 potest.

**II** [H] Duo Patres [E/458, E/530, E/2160] optant ut exponatur aspectus apostolicus «actionis catholicorum» in campo temporalis, seu brevissime distinctio explicetur inter Actionem Catholicam et actionem catholicorum in campo temporalis.

R/ Distinctio illa solummodo in aliquibus regionibus adhibita erat; alibi non amplius adhibetur, vel numquam adhibita fuit.

**III** (E) E/3589 deplorat omissionem apostolatus laicalis in re sociali. Actio socialis, quae maiorem amplitudinem sumit quando «socializatio» crescit, potest et debet expresse inseri in campo apostolatus laicorum. Ita etiam aliquomodo E/3396. Commissio libenter acceptavit animadversionem, et, eodem sensu, nunc dicitur: «Inter opera huiusmodi apostolatus eminent actio socialis christianorum, quam hodie ad totam provinciam temporalem, praesertim ad ingenii cultum, extendere cupimus». Commissio tamen non censuit numerum specialem hac de re redigere debere, uti E/3432 petiit.

**IV** 63 – Pag. 23, lin. 41: Verbum «ultioribus» non placet (2 Patres). Dicatur: «simplicibus» (1 Pater).

R. – Textus remaneat. Gratia perficit naturam.

64 – Pag. 23, lin. 43: Addatur: «Periculum autem semper depellant in hoc nobili inceptu ne Ecclesiam in proprium commodum politicum aut oeconomicum re-

III [n. 7, 23, 42 – 24, 4]

IV [n. 7, 615, 21-24]

43	<i>reddatur, variisque locorum, temporum et populorum conditionibus aptatus.</i>	64	<i>reddatur, variisque locorum, temporum et populorum/conditionibus aptatus.</i>	22
24	<i>Inter opera huiusmodi apostolatus eminent actio/socialis christianorum, quam hodie ad totam provinciam temporalem, praesertim ad ingenii/cultum, extendere cupimus (E).<sup>2</sup></i>	66	<i>Inter opera huiusmodi apostolatus eminent actio socialis/christianorum, quam hodie ad totam provinciam temporalem, etiam ad culturam, sese extendere cupit</i>	23
2		67		
3		65		
4		68		24
		69	<i>Sancta Synodus.<sup>2</sup></i>	

III, IV <sup>2</sup> Cf. LEO XIII, Litt. Encycl. *Rerum Novarum*: A.S.S., 23 (1890-91), p. 647; PIUS XI, Litt. Encycl. *Quadragesimo Anno*: A.A.S., 23 (1931), p. 190; PIUS XII, *Nuntius Radiophonicus*, 1 iunii 1941: A.A.S., 33 (1941), p. 207.

*bus temporalibus quoquo modo genii cultum» (1 Pater).*

R. – Modus est nimis negativus.

65 – Pag. 24, linn. 3-4: Melius explicentur verba «praesertim ad ingenii cultum» (1 Pater).

R. – Explicantur in schemate «De Ecclesia in mundo huius temporis».

66 – Pag. 24, linn. 1-4: Textus non est clarus (1 Pater). a) Textus in initio n. 8 ponatur (1 Pater). b) Dicatur: «*Ad instaurandum ordinem temporalem, laici se vovent cuilibet speciei actionis socialis et multiplici modo cum omnibus hominibus cooperantur qui, rationis humanae lumine, societatis ordinem vere humanum promovent*» (1 Pater).

R. – Textus maneat. a) N. 8 loquitur de Actione Caritativa. b) Provisum est in n. 14.

67 – Pag. 24, lin. 2: Post «actio socialis» addatur: «*qua intenditur instauratio ordinis socialis et oeconomici, in illis principiis fundati quae luculenter magnae encyclicae exposuerunt*» (1 Pater).

R. – Totum schema hoc supponit.

68 – Pag. 24, lin. 4: Dicatur: «*sese extendere*» (1 Pater).

R. – Admittitur.

69 – Pag. 24, lin. 4: Loco «cupimus», dicatur «*cupit S. Synodus*» (1 Pater).

R. – Admittitur.

I [n. 58, 37, 1-8]

II [n. 12, 12, 15-24]

37 [58.]

12.

15

[*Momentum actionis caritativae inter opera laicorum/apostolatus*].

[*De actione caritativa erga proximum*]. [A]

3 Quamvis opera apostolatus omnia a caritate procedant, tamen inter ea praeclarum locum obtinent, iuxta exemplum et mandatum Christi,

16 Ab actione apostolica /quae immediate in praedicationem Evangelii salutemque animarum intendit et illa quae ordinis temporalis in Christo instaurationem prosequitur, distingui possunt, propter suam peculiaritatem, opera misericordiae et caritatis erga homines in quacumque necessitate versantes, illo spiritu/adimplenda qui verbis Christi exprimitur: «quandiu fecistis uni ex his/fratribus meis minimis, mihi fecistis» (Mt. 25, 40). [B]

5 opera misericordiae, quibus auxilium/hominibus in necessitate constitutis praestatur.

6 Haec enim opera/amorem erga Deum et hominem clarius manifestant, evangelici/apostolatus propositum fovent, fidei semitam expediunt, miro/modo

22 Haec enim opera amorem erga Deum et hominem clarius manifestant, evangelici apostolatus propositum fovent, fidei semitam expediunt,/miro modo 24

II 12. [A] Numerus est compendium duorum capitum redactionis praecedentis, quae hic synthetice exhibentur:

